Sed unde nunc agit̄. si libri & sacra eoꝝ uera sunt: et Felicitas dea est: cur non ip̄a una que coleret̄ constituta ē: que posset uniuersa conferre: et cōpendio facer̄ felicem? Quis.n. optat aliqd ꝓpter aliud q̄ ut felix fiat? Cur deniq; tam sero huic tante dee post tot romāos p̄ncipes Lucillus edē constituit? Cur ip̄e Romul⁹ felicem cupiens cōdere ciuitatem: nō huic templū potissimū struxit? Nec propter aliquid diis ceteris supplicauit: qn̄ nihil deesset si hec adesset. Nam & ip̄e nec p̄us rex: nec ut putāt postea deus fieret: si hāc deam ꝓpiciam nō haberet. Vt quid ergo Romulus cōstituit̄ romanis deos: Ianū: Iouem: Martē: Picū: Faunū: Tiberinū: Herculem: et siquos alios? Vt qd Titus Tacins addidit Saturnū: Opem: Solez: Lunam: Vulcanū: Lucem: et quosq; alios addidit: inter quos etiā deā Cloatinam Felicitate neglecta? Vt quid Numa tot deos & tot deas sine ista? An eam forte in tāta turba uidere non potuit? Hostili⁹ certe rex deos & ip̄e nouos Pauorē atq; Pallorē ꝓpiciandos non introduceret: si deam istā nosset aut coleret. p̄sente qppe felicitate oīs pauor & pallor nō ꝓpiciat⁹ abscederet: sed pulsus aufugeret. Deinde quid est hoc qd̄ iam romanum imperium longe lateq; crescebat: et adhuc nēo felicitatem colebat? An ideo grandius imp̄iū q̄ felicius fuit? Nam quomō ibi esset uera felicitas: ubi uera nō erat pietas? Pietas enī uera est uera x ueri dei cultus: nō cult⁹ flōꝝ tot deorum quot demonioꝝ. Sed et postea iam in deorum numerū Felicitate suscepta: magna belloꝝ ciuiliū infelicitas subsecuta est. An forte iuste ē indignata felicitas: ꝙ et tam sero & nō ad honorem sed ad contumeliam potius inuitata est: ut cū ea coleret̄ Priapus & Cloatina: et Pauor et Pallor & Febris: ꝛc. nō numīa colēdoꝝ sz crimīa colentiū? Ad extremū si cū turba indignissima tanta dea colēda uisa ē: cur nō uel illustri⁹ ceteris colebat̄? Quis.n. ferat ꝙ neq; inter deos consentes quos dicūt in consiliū Iouis adhiberi: nec inter deos quos selectos uocant felicitas constituta est: ut templum aliqd̄ ei fieret: qd̄ & loci sublimitate et operis dignitate premineret? Cur.n. nō aliquid melius q̄ ipsi Ioui? Nam neq; etiaz Ioui regnū nisi felicitas dedit. si tn̄ cū regnaret felix fuit. et potior est felicitas regno. Nemo enim dubitat facile inuēiri hoīem qui timeat se fieri regem. nullus aūt inuēitur q se nolit eē felicem. Ip̄i g̊ dii si p auguria uel q̊libet modo eos posse consuli putant: de hac re consulerētur utrum uellent felicitati loco cedere: si forte alioꝝ edibus uel altarib⁹ iā fuisset locus occupat⁹: ubi edes maior atq; sublimior felicitati construeret̄: etiaz ipse Iupiter cederet ut ip̄m uerticē collis capitolini felicitas poti⁹ obtineret. Nō.n. qspiā resisteret felicitati: n̄ qd̄ fieri nō pōt q eē uellet infelix. Nullo mō oīo si cōsuleret̄ faceret Iupiter qd̄ ei fecerūt tres dii: Mars Terminus et Iuuētas: q maiori & regi suo nll'o mō ceder̄ loco uoluer̄t. Nā sicut hn̄t eoꝝ lr̄e cū rex Tarqm⁹ capitoliū fabricar̄ uellet: eūq; locū q ei dignior aptiorq; uidebatur a diis aliis cerneret p̄occupatū: nō audēs aliqd cōtra deoꝝ facere arbitrium: et credens eos tanto numini suoq; p̄ncipi uoluntate cessuros: qa multi

nullus uenit q nolit eē felicem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

erant illic ubi capitolium cõſtitutum eſt: per augurũ quęſiuit utrũ concederẽ locũ uellent Iouí atq; ipſi índe cedere: omnes uoluerũt pręter illos quos cõmemoraui: Martem: Terminũ: Iuuẽtatem. atq; ideo capitoliũ ita conſtructũ eſt: ut etiam iſti tres íntus eẽnt: tã obſcuris ſigmis ut hoc uix hoíes doctiſſimi ſcirent. Nullo mõ g̃ fęlicitatem Iupiter ipſe contẽpneret: ſicut a Terminó: Marte: Iuuẽtate cõtemptus eſt. Sed ipi etiam quí non ceſſerant Iouí: profecto cederent fęlicitati: quę illis regẽ fecerat Iouem. Aut ſi nõ cederent: non id contemptu eíus facerent: ſed q; ín domo fęlicitatis uel obſcuri eẽ mallẽt: q̃ ſine illa ín locis ꝓpriis emínere. Ita dea Fęlicitate ín loco ampliſſimo & celſiſſimo cõſtituta: diſcerẽt cíues unde oĩs bõi uoti petenduz eẽt auxilíum. Ac ſic ipa ſuadẽte natura: alioz deoz ſupflua multitudíe derelicta colereẽ una Foelicitas: uní ſupplicaretur: unius templũ freq̃tareẽ a cíuib9 q fęlices eſſe uellent: quoz eſſet nemo q nollet. atq; ita ipſa a ſeipa peteretur quę ab oĩbus petebaẽ. Quis. n. aliqd ab aliquo deo ní ſi fęlicitatem uelit accipe: ul'qđ ad fęlicitatẽ exiſtimat pertínere? Proínde ſi fęlicitas habet ín prãte cum quo hoíe ſit: hẽt aũt ſi dea eſt: quę tandẽ ſtultitia ẽ ab aliquo eaz deo petere quã poſſis a ſeipa ímpetrare? Hanc g̃ ſup deos cęteros honorare etiam loci dignitate debueẽt. Sicut. n. apđ ipos legĩ: romani ueteres neſcio quẽ Sũmanũ cui nocturna fulmína tribuebãt: coluerẽt magis q̃ Iouem ad quem díurna fulmína ptínebãt. Sed poſtq̃ Iouí templũ ínſigne ac ſublime conſtructum eſt: propter ędis dignítatem ſic ad eũ multitudo cõfluxit: ut uix ínueniatur qui Summani nomen qđ audire iam nõ poteſt: ſe ſaltem legiſſe meminerit. Si autẽ Fęlicitas dea non eſt: q̃ quod uerũ eſt munus eſt dei: ille deus quęrat̃ q eam dare poſſit: et flórũ deorũ multitudo noxia relinq̃tur: quã ſtultorũ hominum multitudo uana ſectatur: dei dona deos ſibi facies: et ipm cuíꝰ ea dona ſunt obſtinatiõe ſupbę uolũtatis offẽdẽs. Sic. n. carere non põt ínfelicitate: q tanq̃ deam fęlicitatem colit: et deum datorem fęlicitatis relinquit: ſicut carere nõ poteſt famę q panem pictũ lingit: et ab hoíe quí uerũ habet nõ petit. Liber aũt eoz rõnes conſiderare. Capitl'm. xxiiii.

VSq; adeo ne ínquunt maiores nr̃os ínſipientes fuíſſe credendũ eſt: ut hęc neſcirẽt munera diuína eẽ nõ deos? Sed q̃m ſciebãt nemíni talia niſi aliq̃ deo largiente concedi: quorũ deoz noĩa non ínueniebant: earũ rerũ nõib9 appellabant deos quas ab eis ſentiebant dari: aliqua uocabula índe flectẽtes. ſicut a bello Bellonam nũcupaueẽt nõ bellũ: ſicut a cumis Cuminã nõ cunã: ſicut a ſegetib9 Segetiaz nõ ſegetẽ: ſicut a pomis Pomonã nõ pomũ: ſicut a bobus Bobonã non bouẽ: aut certe nulla uocabuli declinatiõe ſicut res ipę noĩanẽ: ut pecunia dicta eſt dea quę dat pecuniam: non oĩno pecunia dea ipa putata eſt. Ita uirtus quę dat uírtutem: honor q honorẽ: cõcordia quę cõcordiã: uictoria quę uictoriam dat. Ita ínq̃t cũ fęlicitas dea dr̃ non illa quę daẽ: ſz numẽ illud actendiẽ a q̃ fęlicitas daẽ. Iſta nobis reddita rõe: multo facilíus eis quoz cor non nimis obduruit ꝑſuadebím9 fortaſſe quod uolumus. Capitl'm. xxv.

SIenim iam hũana ínfirmitas ſenſit non ñ ab aliquo deo dari poſſe fęlicitatẽ: et hoc ſenſerũt hoíes q tã multos colebant deos: ín qbus & ipm eoz rgem Iouem: qa nomen eíus a q̃ dareẽ fęlicitas ignorabant: et ideo ipſíus rei noĩe quam credebãt ab illo dari: eũ appellaẽ uoluerunt. Satis g̃ índicant nec ab ipſo Ioue dari poſſe fęlicitatem quã iam colebant: ſed unq; ab illo quẽ noĩe ipíus colendum eſſe cenſebant. Confirmo, prſus a quodaz deo quẽ neſciebant: et eos credidiſſe dari

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

felicitatem. Ipse ergo querat̃: ipse colatur et sufficit. Repudiet̃ strepitus innumerabiliũ demoĩoꝝ. illi non sufficiat hic deus: cui non sufficit munus eius. Illi inq̃m non sufficiat ad colẽdũ deus dator felicitatis: cui nõ sufficit ad accipiendũ ip̃a felicitas. Cui aũt sufficit: nõ. n. hẽt hõ q̃d amplius optare debeat: seruiat uni deo datori felicitatis. Non est ip̃e quem noĩant Iouem. Nam si eũ datorẽ felicitatis agnoscerẽt: nõ utiq; aliũ uel aliã a quo daret̃ felicitas noĩe ip̃ius felicitatis inq̃rerent: neq; ip̃m Iouem cũ tantis ĩiuriis colendũ putarẽt. Iste alienarũ dr̃ adulterator uxoꝝ. Iste pueri pulcri ĩpudicus amator & raptor.

Sed fingebat hec Capl'm. xxvi.

Homer⁹ ait Tullius: et hũana ad deos transferebat: diuĩa mallem ad nos. Merito displicuit uiro graui diuinorum criminũ poeta cõfictor. Cur g̊ ludi scenici ubi hec dictitãtur: cantitant̃: actitantur: deorum honoribus exhibẽtur: inter res diuinas a doctissimis conscribũtur? Hic exclamat Cicero non contra figmẽta poetaꝝ: sed contra instituta maloꝝ. An non exclamarent & illi: quid nos fecimus? Ip̃i dii ista suis honoribus exhibẽda flagitauer̃t: atrociter imparũt: cladem nisi fierẽt ꝓnũciarũt: q̃a neglectũ est aliquid seuerissime uindicarũt: q̃a id q̃d neglectũ fuerat factũ est placatos se eẽ mõstrarũt. Inter eoꝝ cõmẽorat̃ uirtutes & mirãda fc̃ta q̃d dicã. Tito Latino rustico romão p̃rifãilias dictũ est ĩ sompnis: ut ĩ senatu nunciaret ut ludi romani instaurarent̃: q̃ primo eoꝝ die in quodam scelerato qui popl'o spectante ad suppliciũ duci iussus est: numinibus uidelicet ex ludis hilaritatem querẽtib⁹: triste displicuissꝫ impiũ. Cum ergo ille q̃ sompno cõmonitus erat postera die iussa facere nõ ausus eẽt: sc̃da nocte hoc idem rursus seuerius impatuꝫ est. amisit filiũ quia nõ fecit. tercia nocte dc̃tm est hõi q̃ maior ei pena si nõ faceret imminеret. Cum etiam sic nõ auderet: in morbũ incidit acrem & horribilẽ. Tum uero ex amicoꝝ sententia ad magr̃atus rẽ retulit: atq; ĩ lectica allat⁹ est ĩ senatũ. Expositoq; sompnio recepta cõtinuo ualitudine pedib⁹ suis sanus abscessit. Tãto stupefc̃tus miraculo senatus q̃druplicata pecunia ludos cẽsuit instaurari. Quis nõ uideat qui sanũ sapit subditos homines malignis demõibus: a quoꝝ dñatione nõ liberat nisi gr̃a dei p ih̃m xp̃m dñm nr̃m: ui cõpulsos esse exhiber̃ talibus diis que recto consilio poterant turpia iudicari? In illis certe ludis poetica numinũ c̃mina freq̃tant̃: qui ludi cogẽtibus numinibus iussu senatus instaurabant̃. In illis ludis corruptorem pudicicie Iouem turpissimi histriones cantabãt: agebant: placebãt: si illud fingebat̃ ille irasceretur. Si autem suis criminibus etiã fictis delectabat̃: q̃n colerẽt nisi diabolo seruiretur? Ita ne iste romanũ conderet: dilataret: conseruaret impium: quouis romano cui displicebãt talia abiectior? Iste daret felicitatem qui tam infeliciter colebat̃: et nisi ita colerẽt infelicius irascebatur?

Capl'm. xxvii.

Relatũ est in lr̃is doctissimũ pontificem Sceuolam disputasse: et tria genera tradita deoꝝ. unũ a poetis: alterũ a philosophis: terciũ a p̃ncipib⁹ ciuitatis. Primũ gen⁹ nugatoriũ dicit eẽ: q̃ multa de diis fingant̃ indigna. Secũdum uero congruere ciuitatibus quod hẽat aliqua supuacua: aliqua etiã que obsint populis nosse. De supuacuis nõ magna causa est. Solet. n. & a uiris peritis dici: superflua non nocent. Que sunt aũt illa que ꝓlata in multitudine nocent? Hec inq̃t. non esse deos: Herculem: Esculapium: Castorem: Pollucem. Proditur enĩ a doctis q̃ hoĩes fuerint & humana conditõne defecerint. Quid aliud q̃ q̃ eoꝝ q̃ sint dii nõ hẽbant ciuitates uera simulacra: q̃ uer⁹ deus nec sexũ hẽat nec etatem: nec diffinita corpis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

membra? Hęc pontifex nosse populos nõ uult. nam falsa esse nõ putat. Expedire ḡ existimat falli in religiõe ciuitates. Quod dicere etiã in libris rerũ diuinarum ipse Varro nõ dubitat. Pręclara religio quo confugiat liberãdus infirmus. et cũ ueritatem q̃ liberet̃ inqrat: credat̃ ei expedir̃ ꝙ fallit̃. Poeticum sane deorũ genus cur Sceuola respuat eisdem lr̃is non tacetur. quia sic uidelicet deos deformant ut nec bonis hõibus cõparent̃. cum aliũ faciunt furari: aliũ adulterare. Sic item iqt aliqd aliter turpiter atq; iepte dicer̃ aut facer̃: tres inter se deas certasse de pręmio pulcritudinis: uictas duas a Vener̃: troiam euertisse Iouem: ipm cõuerti i bouem aut cignũ: ut cũ aliqua concũbat: deã homini nubere; Saturnum filios deuorare. Nihil deniq; posse cõfingi miraclor̃ atq; uicior̃ qđ nõ ibi repiat̃: atq; a deor̃ natura lõge absit. O Sceuola põtifex maxime: ludos tolle si potes: p̃cipe pplis ne tales honor̃s diis imortalib9 deferant: ubi crimĩa deor̃ libeat mirari: et quę fieri possunt placeat imitari. Si aũt tibi rñderit ppl's: uos nob̃ iportastis ista pontifices: deos ipos roga qbus instigãtib9 ista iussistis: ne talia sibi iubeãt exhiberi. Quę si mala sunt & ꝓpterea nllo m̃ de deor̃ maiestate credẽda: maior est deor̃ iniuria de qbus impune fingunt̃. Sed nõ te audiũt. dęmoẽs sunt: praua docent: turpib9 gaudẽt: nõ solũ nõ deputant iniuriã si de illis ista fingant̃: ſz eã ꝓrsus iiuriã ferre nõ possũt: si per eor̃ solẽnia non agant̃. Iam ũ si aduersus eos Iouẽ interpelles: maxĩe ob eã cãm qa ei9 plura crimĩa ludis scenicis actitant̃: nõne etiã si deũ Iouẽ nũcupatis: a q̃ regr̃ totus atq; admĩstrat̃ hic mũdus: eo illi fit a uob̃ maxima iniuria: ꝙ eũ cũ istis colendum putatis: eorũq; regem esse perhibetis.

NVllo ḡ mõ dii tales Ca. xxviii. qtalib9 placant̃ ul' potius accusant̃ honoribus: ut maius sit crimẽ ꝙ eis falsis oblectantur q̃ si de illis uera dicerentur: romanũ impiũ auger̃ et cõseruar̃ potuissent. Hoc. n. si possent: gręcis potius donũ tã grande conferrent: q eos i huiuscemõi reb9 diuĩs hoc ẽ ludis scenicis honorabili9 digniusq; coluer̃t: qñ & morsib9 poetarũ quib9 deos dilacerari uidebãt se non subtraxer̃t: dando eis licentiã male tractãdi hoĩes quos liberet: et ipsos scenicos non turpes iudicauer̃t: ſz dignos etiã p̃claris honorib9 habuerũt. Sicut aũt potuerunt aureã pecuniã hr̃e romãi q̃uis deũ Aurinũ nõ colerẽt: sic & argenteã hr̃e potuer̃t et ęreã: si nec Argẽtinũ nec ei9 pr̃ez colerẽt Esculanũ: sic oĩa quę retexere piget. Sic ḡ et regnũ iuito qdem deo uero nllo m̃ hr̃e possẽt: diis ũ istis fl̃is et multis ignoratis siue cõtẽptis: atq; uno illo cognito & fide sincera ac morib9 culto: et meli9 hic regnũ hr̃ent q̃tũcũq; hr̃ent: et post hoc accipent sempiternũ siue hic hr̃ent siue nõ hẽrent.

NAm illđ q̃le ẽ qđ Caplin. xxix. paulo añ cõmẽoraui: pulcerrimuz auspiciũ fuisse dixerũt: Martem & Terminũ et Iuuẽtatẽ nec Ioui regi deor̃ loco cedere uoluisse. Sic. n. inqũt significatũ est martiã gentẽ. i. romanã nemini locũ quẽ teneret daturã: romãos quoq; terminos ꝓpter deũ Terminũ neminẽ cõmoturũ: Iuuẽtutẽ etiã romanã ꝓpter deã Iuuẽtatem nemini eẽ cessuram. Videãt ḡ quomõ habeant istũ regem deor̃ suor̃ et datorẽ regni sui: ut ei auspicia ista ꝓ aduersario ponerẽt cui nõ cedere pulcrũ eẽt. Quanq̃ hęc si uera sunt nõ hñt oĩo qd timeãt. Nõ enĩ cõfessuri sunt ꝙ dii cesser̃t xp̃o: q Ioui ceder̃ noluer̃t. Saluis qppe iperii finibus xp̃o cedere potuer̃t: et de sedib9 locor̃ & maxĩe de corde credentiũ. Sed añq̃ xp̃s uẽiret i carne: añq̃ deniq; ista scriberent̃ quę de libris eor̃ ꝓferimus. ſz tñ posteaq̃ fc̃tm est sub rege Tarqnio illđ auspiciuz: aliq̃ciens roman9 exercitus fusus est: hoc est uersus in fugã: fl̃inq; ostẽdit auspiciũ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

q Iuuentas illa non cesserit Ioui: et gens
martia supantib9 atq; irrūpentib9 gallis in
ipsa urbe contrita est: et termini imperii
deficiētib9 multis ab Hānibale ciuitatib9: ī
angustū fuerant coartati. Ita euacuata est
pulcritudo auspiciorū: remāsit cōtra Iouē
cōtumacia nō deorū sz demoniorū. Aliud ē
enī nō cessisse: aliud unde cesseras redisse.
Quanq̄ etiā postea in oriētalib9 partibus
Adriani uoluntate mutati sunt termini
impii romāi. Ille nāq; tres ꝓuīcias nobi-
les armeniā: mesopotamiā: assyriā: ꝑsarū
concessit impio: ut deus ille Termin9 qui
romāos terminos ꝑm istos tuebat̄: et per
illd̄ pulcerrimū auspiciū loco non cesserat
Ioui: plus Adrianū regē hoīum q̄ regem
deorū timuisse uideat̄. Receptis q̄q; alio
tpe ꝓuinciis memoratis: nr̄a pene mēoria
retrorsus Termin9 cessit. qn̄ Iulian9 deorū
illorū oraculis deditus: immoderato ausu
naues iussit īcendi qb9 alimoīa portabat̄:
qua exercit9 destitut9 mox etiā ipo hostili
uulner̄ extinct9 ī tantā ē redact9 inopiaz:
ut inde nullus euaderet undiq; hostibus
incursantibus: milite imperatoris morte
turbato: nisi placito pacis illic impii fines
cōstituerent̄ ubi hodieq; ꝑsistūt. nō qdem
tanto detrimēto q̄tū cōcesserat Adrian9:
sed media tm̄ cōpositiōe defixi. Vano igr̄
augurio deus Termin9 nō cessit Ioui: qui
cessit Adriani uolūtati: cessit etiā Iuliani
temeritati: et Iouiniani necessitati. Vider̄t
hęc intelligentiores grauioresq; romani.
sed contra consuetudinē ciuitatis quę dę-
moniacis ritibus fuerat obligata parum
ualebant. Quia & ipi etiā si illa uana esse
sentiebāt: naturę tn̄ rerū sub uni9 ueri dei
regimīe atq; impio constitutę: religiosum
cultū q deo debet̄ exhibēdum putabant.
seruiētes ut ait apostolus creaturę poti9
q̄ creatori q ē bn̄dc̄tus ī sęcula. Hui9 ueri
dei erat auxiliū necessariū: a q̄ micterent̄
sc̄ti uiri & ueraciter pii: q pro uera reli-
giōe morrent̄: ut falsa a uiuētib9 tolleret̄.

Cicero augur irridet auguria: et repręhendit hoīes corui & corniculę uocibus uitę consilia moderantes. Cap. xxx.

SEd iste achademicus qui om̄ia esse cōtendit incerta: indign9 est q hēat ullā in his reb9 auc̄tatem. Disputat apud eū Quint9 Lucilius Balb9 ī sc̄do de deorū natura libro. et cū ipe sr̄stitiōes ex natura rerum uelut phisicas & ph̄icas inserat: indignat̄ tamē institutiōi simulacrorū & opīonib9 fabulosis. ita loq̄s. Videtis ne g̃ ut a phisicis reb9 bn̄ atq; utilr̄ inuentis rō sit tracta ad cōmenticios & fictos deos? Quę res genuit falsas opīones: erroresq; turbulentos: et supstitiōes pene aniles. Et formę. n. nobis deorū et ętates & uestitus ornatusq; noti sunt: genera pręterea: cōiugia: cognationes: om̄iaq; traducta ad silitudinem imbecillitatis hūanę. Nam et perturbatis aīs inducunt̄. Accepimus. n. deorū cupiditates: ęg̃tudines: iracūdias. Nec ū ut fabulę ferunt dii bellis pręliisq; caruerunt. Nec solū ut apud Homerū cū duos exercit9 cōtrarios alii dii ex alia ꝑte defenderēt: sz etiā cū titanis aut cū gigātibus sua ꝓp̄a bella gesser̄t. Hęc et dicunt̄ et credunt̄ stultissīe: et plena sūt uāitatis sūmęq; leuitatis. Ecce interim quę cōfitent̄ q defēdūt deos gentiū. Deinde cū hęc ad supstitōez ꝑtiner̄ dicat: ad r̄ligionē ū quā ipse ꝑm stoicos uidet̄ docere: non enī ph̄i solū inqt uerū etiā maiores nr̄i supstitōez a religione sepauerūt. Nam q totos dies pręcabant̄ & īmolabant ut sibi sui liberi supstites eēnt: superstitiosi sunt appellati. Quis nō intelligat eū conari dū cōsuetudinem ciuitatis timet religionem laudar̄ maiorū: eāq; a supstitione uelle seiūgere: sz qūo id possit nō inuēire? Si. n. a maioribus illi sunt appellati supsticiosi q totos dies p̄cabant̄ & īmolabāt: nūqd et illi q instituer̄t qd̄ iste rep̄hēdit: deorū simulacra diuersa ętate et ueste distincta: deorū genera: cōiugia: cognatiōes? Hęc utiq; cū

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tanq̃ ſuperſticioſa culpanẽ: implicat iſta culpa maioꝝ talíũ ſimulacroꝝ iſtitutoꝝs atq; cultores: íplicat & ſeipm q q̃libet eloqo ſe í libertatẽ mitaꝫ euoluere: neceſſe hẽbat iſta uenerari: nec qđ í hac diſputatõe diſert9 ínſonat mutire auderet í ppłi contione. Agam9 itaq; xam dño deo nr̃o gr̃as: nõ cẽlo et terrę ſicut iſte diſputat: ſz ei q fecit cẽlũ & terrã: q has ſr̃ſtitutoẽs q̃s iſte balbus uelut balbuciẽs uix reꝑhẽdit: p altiſſimã x̃ bũilitatẽ: p apl̃oꝝ p̃dicatonem: p fidẽ martirũ p ueritate moriẽtiuz: et cũ ueritate uíuentiũ: nõ ſolũ ín cordib9 religioſis: uerũ etiã ín ędib9 ſuperſticioſis lũba ſuoꝝ ſuíſtute ſubuertit. Ca.xxxi.

QVid ipe Varro quẽ dolem9 ín reb9 díuĩs ludos ſcenícos q̃ís nõ íudicio p̃po poſuiſſe: cũ ad deos colẽdos multas locas uelut religioſus horteꝫ: nõne ita confiteꝛ: nõ ſe illa íudicio ſuo ſequí quę cíuitatẽ romanã ínſtituíſſe cõmẽorat. ut ſi eã cíuitatẽ nouam cõſtitueret: ex naturę potíus formula deos noĩaq; eoꝝ ſe fuíſſe dedicaturũ nõ dubitet cõfiteꝛi? Sed iam qm̃ ín uetere ppł̃o eẽt acceptũ: ab antiq̃s noím & cognoím hiſtoriã teneꝫ ut tradita ẽ debeꝫ ſe dicat: et ad eũ finẽ illa ſcribeꝫ ac ſcrutari: ut potíus eos magis colere q̃ deſpicere uulgus uelit. Quíbus uerbis hõ acutiſſim9 ſatis índicat nõ ſe apire oĩa quę nõ ſibi tm̃ contẽptui eẽnt: ſz etiã ipi uulgo deſpiciẽda uíderenẽ ñ tacerenẽ. Ego iſta conicer̃ putari debui: ñ euidẽter alio loco ipe diceret de r̃ligiõib9 loquẽs: multa eſſe uera quę nõ mõ uulgo ſcire nõ ſit utile: ſz etiã tã & ſi falſa ſunt alr̃ exiſtimar̃ ppłm expediat. et iõ grę̃cos theletas ac miſteria taciturnitate parientib9q; clauſiſſe. Hic certe totũ conſiliũ ꝓdidit uelut ſapientũ p quos ciuitates & ppłí regerenẽ. Hac tr̃ fallacia míris mõis maligni dęmones delectanẽ. q et deceptores et deceptos pter poſſidẽt. a quoꝝ dñatõe nõ liberat ñ gr̃a dei p ihm xp̃m dñm nr̃m. Dicit etiã idem auctor acutiſſimus atq; doctiſſimus: q hi ſoli ei uídeanẽ aĩa duerſſe qđ eſſet đs: q credideꝛt eũ eẽ aĩam motu ac rõne mũdũ gubnantẽ. ac p hoc et ſi nõdũ tenebat qđ ueritas hẽt: đs. n. uer9 nõ aĩa ſz aię q̃q; eſt effector et cõditor: tñ ſi cõtra p̃iudicia cõſuetudĩs liber eẽ poſſet: unũ deũ colendũ fatereꝫ atq; ſuaderet: motu ac rõe mũdũ gubnãtem: ut ea cũ illo de hac re quęſtio remaneret: q eũ diceret eẽ aĩam nõ pon9 et aię creatorẽ. Dicit etiã anq̃s romãos plus ãnos centũ et ſeptuagínta: deos ſine ſimulacro coluiſſe. Quod ſi adhuc ínquit mãſiſſet: caſti9 dii obſeruarenẽ. Cui9 ſnię ſuę teſtẽ adhibet ínter cętera etiã gentem íudeã. nec dubitat eũ locũ ita cõcludeꝫ ut dicat: q p̃mi ſimulacra deoꝝ pplís poſuerũt: eos ciuitatib9 ſuis et metũ demſiſſe & errorẽ addidiſſe. prudẽter exiſtians đos facile poſſe ín ſimulacroꝝ ſtoliditate contẽpni. Quod ů nõ aut errorẽ tradideꝛũt ſz addideꝛt: tã utq; fuiſſe etiã ſñ ſimulacris ítelligi uult errorẽ. Quapropter cũ ſolos dicit aĩa duerſſe qđ eẽt đs: q eũ crederẽt aĩam mũdũ gubnãtẽ: caſtíuſq; exiſtimat ſine ſimulacris obſeruari religionẽ: qs nõ uídeat q̃tum ꝑpínq̃uerit ueritatr̃? Si enĩ aliq̃d cõtra uetuſtatẽ tanta poſſz erroris: ꝑfecto et unũ deũ a quo mũdũ crederet gubernari & ſine ſimulacro colendũ eſſe cenſeret: atq; ín tam ꝑximo ínuent9 facile fortaſſe de aię mutabilitate cõmoneꝛẽ: ut naturam pon9 ín cõmutabilẽ quę ipam quoq; aĩam cõdidiſſet deũ uerũ eſſe ſentiret. Hęc cũ ita ſínt: quęcunq; tales uiri ín ſuis lr̃is multoꝝ deoꝝ ludibria poſueꝛt: confiteri ęa potíus occulta dei uoluntate compulſi ſunt q̃ pſuadere conati. Si qua igr̃ índe a nobis teſtimonia ꝑferunẽ: ad eos redarguẽdos proferũtur: quí nolunt aduertere de q̃ta et q̃ maligna dęmonum poteſtate nos liberet ſíngulare ſacrificiuz tam ſancti ſanguínis fuſi: et donum ſpũs imparati. Capitł̃m.xxxii.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Dicit etiã de generatiõibus deorum magis ad poetas q̃ ad phisicos fuisse populos inclinatos: et ideo & sexũ et generationes deorum maiores suos id est ueteres credidisse romanos: et eoy cõstituisse cõiugia. Quod unq̃ nõ aliã ob cãm fc̃m uidet̃: nisi qa hoim uelut prudentiũ et sapientium negociũ fuit poplm in religiõib9 fallere: et in eo ipo nõ solũ colere sz imitari etiaz dæmones: qbus maxima est fallẽdi cupiditas. Sicut.n. dæmoẽs ñ eos q̃s fallẽdo deceperint possidet̃ nõ possũt: sic et hoies p̃cipes nõ sane iusti sz dæmonum similes: ea quę uana esse nouerunt: religioĩs noĩe pplis tanq̃ uera suadebãt: hoc modo eos ciuili societati uelut artius alligãtes: quo siliter subditos possiderẽt. Quis autem infirmus et indoctus euaderet simul fallaces & principes ciuitatis et dæmones?

Capitlm.xxxiii.

DEus igitur ille fęlicitatis auctor & dator: qa solus ẽ uerus ds: ipe dat regna terrena et bõis & malis. Neq̃ hoc temeŕ et q̃i fortuitu: qa deyest nõ fortuna: sed ꝑ rerũ ordine ac tpre occulto nobis: notissimo sibi. Cui tñ ordini temporyz non subditus seruit: sz eũ ipse tanq̃ dñs regit moderatorq̃ dispoit. fęlicitatẽ ũ non dat ñ bonis. Hanc.n. possunt hr̃e & non bẽre fuiẽtes: possũt et nõ hr̃e et hr̃e regnãtes. Quę tñ plena i ea uita erit: ubi tam nemo seruiet ulli. Et iõ r̃gna mũdi hui9ds bõis et malis cõiter prestat: ne bõi ea tanq̃ dei magna munera cõcupiscãt. Et ideo regna terrena et bonis ab illo dantur & malis: ne eius cultores adhuc ꝛpuectu animi paruuli: hęc ab eo munera quasi magnuz aliqd concupiscant. et hoc est sacramentũ ueteris testamenti ubi occultũ erat nouũ: q̃ illic promissa & dona terrena sunt intelligẽnib9 & tũc spũalibus: q̃uis nõdũ in manifestatiõe prędicantibus: et quę illis temporalib9 rebus significaret̃ ęternitas: et in qbus dei donis eẽt uera foelicitas.

ITaq̃ ut cognoscerẽtur Ca.xxxiiii. etiã illa terrena bona: qb9 solis inhiãt q̃ melliora cogitaŕ nõ possũt: et i ipi9 unius dei esse posita ptãte: nõ in multoyz falsoyz quos colendos romãi añ crediderẽt: pplm suũ in ęgipto de paucissis multiplicauit: et inde signis mirabilib9 libauit. Nec Lucinam mulieres illę inuocauerũt q̃n earũ part9 ut miris modis multiplicarent̃: & gens illa icredibiliŕ creseret: ab ęgiptioyz persecꝯtiũ & infãtes oẽs necare uolentiũ manib9 ipse liberauit: ipe seruauit. Sine dea Rumina fuxeŕt: sine Cumina i cunis fuerũt: sine Edulica et Potina escã potũq̃ sumpserũt: sñ tot diis puerilibus educati sunt: sñ diis cõiugalib9 cõiugati: sñ cultu Priapi coniugib9 mixti: sine inuocatione Neptuni mare transeũnib9 diuisũ patuit: et sequentes eoyz inimicos fluctibus in se redeuntibus obruit. Nec consecrauerunt aliquã deã mãnaz q̃n de celo mãna sumpserunt: nec q̃n sitientib9 aquã ꝑcussa petra ꝓfudit nipbas limphasq̃ coluerũ. Sine insãis sacris Marus et Bellonę bella gesserũ: et sñ uictoria qdem nõ uicerũ: nõ eam tñ deã sed dei sui mun9 bũerunt: sine Segetia segetes: sñ Bobona boues: mella sñ Mellona: poma sine Pomona. Et ꝓrsus oĩa ꝓ qbus tantę floyz deoyz turbę romãi supplicandũ putauerũt: ab uno uero deo multo fęlicius accepũt. et si non in eũ peccassẽt ipia curiositate: tãq̃ magicis artib9 seducti ad alienos ds et ad idola defluendo: et postremo xp̃m occidẽdo: i eodez regno & si non spatiosiore tamẽ fęliciore mãsissent. Et nũc q̃ꝑ oẽs fere terras gentesq̃ dispsi sũt: illi9 uni9 ueri dei ꝓuidẽtia ẽ. ut q̃ deoyz floyz usq̃q̃q̃ simulacra: arę: luci: tẽpla euertunt̃ et sacrificia ꝓhibent̃: de codicib9 eoyz ꝓbet̃ q̃ admodũ hoc fuerit tanto ante ꝓphetatũ: ne forte cũ legeretur in nr̃is: a nobis putaret̃ eẽ confictũ. Iam qd̃ seq̃t̃ in uolumĩe sequẽti uidendũ est: et hic dãdus huius ꝓlixitatis modus.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

·V·

AVRELII AVGVSTINI DE CI.te DEI LIBER QVINTVS

Quoniam cõstat oĩm rerum optandarum plenitudinẽ esse felicitatẽ: que non ẽ dea sed donũ dei: et ideo nullũ deũ colendum esse ab hõibus: n̄ q pot eos facere felices. Vnde si illa dea eẽt: sola colenda merito diceret̃. Iam conseq̃ter uideam9: qua cã deus qui põt & illa bona dare que haber̃ possunt etiã non boni ac per hoc etiam nõ felices: romanũ impiũ tam magnũ tanq; diuturnũ esse uoluerit. Quia.n. hoc deoꝝ flõꝝ illa quã colebãt multitudo non fecit: et multa iam diximꝰ: et ubi uisum fuerit oportunũ esse dicemꝰ. Causa g̃ magnitudinis imperii romani nec fortuita est nec fatalis: ꝑm eorũ sniam siue opionem q ea dicũt esse fortuita: que uel nullas cãs hñt uel nõ ex aliquo rõnabli ordĩe uẽientes: et ea fatalia que preter dei & hoĩum uolũtatẽ cuiusdã ordĩs necessitate cõtingũt. Prorsus diuĩa ꝓuidẽtia r̃gna cõstituunt̃ hũana. Que si ꝓpterea qsq̃ fato tribuit: quia ipam dei uoluntatẽ uel ptãtem fati noĩe appellat: sentẽciam teneat: linguam corrigat. Cur.n. nõ hoc p̃mũ dicat quod postea dicturꝰ est: cũ ab illo qsq̃ quesierit quid dixerit fatũ? Nam id hoĩes quãdo audiũt usitata loquẽdi consuetudine: nõ intelligũt n̄ uim positioĩs siderũ: qualis ẽ qñ qs nascit̃ siue concipit̃. qd̃ aliq alienãt a dei uolũtate: aliqui ex illa etiã hec pendere cõfirmãt. Sed illi q sine dei uolũtate decernere opinant̃ sidera qd agamꝰ: uel quid bonoꝝ hẽamꝰ malorũue patiamur: ab auribꝰ oĩum repellendi sunt. Non solũ eoꝝ q ueram religionẽ tenẽt: ꝫ qui deoꝝ qualiũcunq; licet flõꝝ uolũt esse cultores. Hec enĩ opĩo qd agit aliud nisi ut nullus oĩno colat̃ aut rogetur d̃s? Contra quos mõ nobis disputatio non est instituta: sed contra eos qui pro defensione eoꝝ quos deos putant x̃ane religiõi aduersantur. Illi uero q positioni stellarũ quodãmodo decernentiũ qualis qsq; sit: et qd ꝓueniat bõi quidue mali accidat ex dei uolũtate suspendunt: si easdem stellas putant hẽre hãc ptãtem traditam sibi a summa illius ptãte ut uolentes ista decernant: magnã celo faciũt iniuriã: ĩ cuiꝰ uelut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinãtur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset: gener̃ hũano decernẽte fuerat euertẽda. Quale deinde iudiciũ de hoĩm factis deo relinq̃t̃: qbus celestis necessitas adhibet̃: cũ dñs ille sit et siderũ & hoĩm? Aut si nõ dicũt stellas accepta qdez ptãte a summo deo arbitrio suo ista decernere: ꝫ in talibꝰ necessitatibꝰ in gerendis illius oĩo iussa cõplere: ita ne de ipo senciendum est: qd̃ indignissimum uisum est de stellarum uolũtate sentire? Quod si dicunt̃ stelle significare potiꝰ ista q̃ facere: ut q̃i locutio quedã sit illa positio p̃dicens futura nõ agẽs: nõ.n. mediocter doctoꝝ hoĩm fuit ista sentencia. nõ qdem ita solẽt loqui mathematici: ut uerbi gr̃a dicant: Mars ita positus homicidã significat ꝫ homicidam nõ facit. Verũtamẽ ut cõcedamꝰ nõ eos ut debẽt loqui: et a ph̃is acciper̃ oportere sermoĩs regulam: ad ea prenũcianda que ĩ siderũ positiõe repire se putant: qd sit de quo nihil unq̃ dicere potuerũt: cur ĩ uita geminoꝝ: in actiõibꝰ et in euentis: in professionibus: artibus: honoribus: ceterisq; rebꝰ ad hũanã uitaꝫ ptinẽtibus: atq; in ipa morte sit plerunq; tanta diuersitas: ut similiores eis sint q̃tũ ad hec actinet multi extranei: q̃ ipi inter se gemini ꝓ exiguo temporis interuallo in nascẽdo separati: in cõceptu aũt p unũ concubitũ uno etiã momento seminati.

Cicero dicit Ipocratem Ca. scd̃m. nobilissimũ medicũ scptũ reliqsse quosdam fr̃es cũ simul egrotar̃ cepisse

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

et eoꝝ morbus eodem tpe ingraueſceret: eodem leuaret: gemios ſuſpicatꝰ. Quos Poſſidonius ſtoicus multum aſtrologię dedit eadem conſtitutõe aſtroꝝ natos: eademq; cõceptos ſolebat aſſerẽ. Ita qđ medicus ꝓmere credebat ad ſimillimam tempiem ualitudis: hoc ꝓfus aſtrologꝰ ad uim conſtitutionẽq; ſiderũ: quę fuerat quo tẽpore concepti nataq; ſunt. In hac cã multo eſt acceptabilior et de ꝓximo credibilior cõiectura medicinalis. qm̃ pentes ut erant corpe affecti dũ concũberent: ita primordia conceptoꝝ affici potuerũt: ut conſecutis ex materno corpore priorib⁹ incremẽtis paris ualitudinis naſcerẽtur. deinde in una domo eiſdem alimẽtis nutriti: ubi aerem & loci poſitionem et uim aquarũ plurimũ ualere ad corp⁹ ul' bene uel male accipiendum medicina teſtatur. eiſdem etiã exercitatiõibus aſſuefacti tam ſimilia corpora gererẽt: ut etiã ad ęgrotandũ uno tpre eiſdemq; cauſis ſimiliter mouerẽtur. Conſtõnem ũ cęli ac ſiderum quę fuit quãdo cõcepti ſiue nati ſũt: uelle trahere ad iſtã ęgrotandi paritatem: cũ tã multa diuerſiſſimi generis diuerſiſſioꝝ affectuũ & euentuũ eodem tpre in unius regiois terra eidem cęlo ſubdita potuerit concipi & naſci: neſcio cui⁹ſit inſolentię. Nos aũt nouim⁹ geminos non ſolũ actus et pegrinatiões hãre diuerſas: uerũ etiam diſpares ęgritudines pperi. De qua re facillimã q̃ſtiõ m̃ uidetur rõnem redderet Ipocrates: diuerſis alimẽtis & exercitationibus quę nõ de corpis tẽpatiõe ſed de animi uoluntate ueniunt: diſſimiles eis accidere potuiſſe ualitudines. Porro aũt Poſſidonius uel quilibet fataliũ ſiderum aſſertor: mirũ ſi põt hic muẽire qđ dicat: ſi nolit impitoꝝ mentib⁹ in eis q̃s neſciunt rebus illudere. Quod. n. conantur efficere de iteruallo exigui temporis qđ inter ſe gemini dũ naſcerent habuerũt: propter cęli paculam ubi ponit horę notatio quã horoſcopum uocant: aut non tantũ ualet q̃ta imuẽit in gemioꝝ uolũtatib⁹: actib⁹: morib⁹: caſib⁹q; diuerſitas: aut plus etiã ualet q̃ eſt geminoꝝ uel bũilitas generis eadem uel nobilitas: cui⁹ maximã diuerſitatem nõ niſi in hora qua quiſq; naſcitur ponũt. Ac ꝓhoc ſi tam cęleriter alter poſt alterum naſcit: ut eadem pars horoſcopi maneat: paria cuncta quęro: quę in nullis poſſũt geminis inueniri. Si aũt ſequentis tarditas horoſcopũ mutat: pentes diuerſos quęro: quos gemini hãre nõ poſſunt.

FRuſtra g̃ afferatur Caplin. iii. nobile illd cõmentũ de figuli rota: quod reſpondiſſe ferũt Nigidiũ hac q̃ne turbatũ: unde & figulus appellatus eſt. Dũ. n. rotã figuli ui q̃ta potuit itorſiſſet: currẽte illa: bis numero de atramẽto tãq; uno eius loco ſumma cęleritate percuſſit: deinde inuenta ſunt ſigna quę fixerat deſiſtente motu: nõ paruo interuallo in rotę illius extremitate diſtantia. Sic inquit in tanta cęli rapacitate etiã ſi alter p⁹ alterũ tanta cęleritate naſcat q̃ta rotam bis ipſe pcuſſit: in cęli ſpacio plurimũ eſt. Hinc ſunt in q̃t quęcũq; diſſimilima phibent in motib⁹ caſibuſq; geminoꝝ. Hoc figmentũ fragili⁹ q̃uaſa quę illa rotatiõe fingunt. Nã ſi tam multũ in cęlo intereſt qđ cõſtellatiõib⁹ cõphendi nõ põt: ut alteri geminoꝝ hęreditas obueniat alteri non obueniat: cur audent cęteris q̃ gemini nõ ſũt cũ inſpexerint eoꝝ cõſtellatiões talia ꝓnũciare: quę ad illud ſecretũ ptinẽt qđ nemo põt cõprehẽdere et momẽtis ãnotare naſcẽtiũ? Si aũt ꝓptera talia dicũt in alioꝝ gẽituris: qa hęc ad ꝓductiora ſpacia tẽporũ ptinẽt: momẽta ũ illa ꝓtium mutarũ quę inter ſe gemini poſſũt hãre naſcẽtes reb⁹ mimis tribuunt: de q̃lib⁹ mathematici nõ ſolẽt cõſulu: qs. n. cõſulat qñ ſedeat qñ deambulet: qñ ul' qd prandeat. nũqd iſta dicim⁹ qñ in morib⁹: opibus: caſib⁹q; gemioꝝ plurima pluri-mũq; diuerſa mõſtramus? Cap. iiii.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

NAti sunt duo gemini ãtiqua patrũ mẽoria ut de ĩsignibus loquar: sic alter p⁹ alterũ ut posterior plantã p̃oris teneret: tanta ĩ eoꝝ uita fuerũt morib⁹q; diuersa: tãta in actib⁹ dispalitas: tanta in parentũ amor̃ dissilitudo: ut etiã ĩimicos eos inter se faceret ipa distantia. Nunqd hoc dr̃ qa uno ambulante ali⁹ sedebat: et alio dormiente ali⁹ uigilabat: alio loq̃te tacebat alius: quę ꝑtinent ad illas minucias quę nõ possũt ab eis comprehẽdi qui constitutiõi siderũ qñ qsq; nascat̃ ascribũt: unde mathematici cõsulãt̃? Vnus duxit mercẽnariam seruitutẽ: ali⁹ non seruiuit. Vnus a mr̃e diligebat̃: ali⁹ nõ diligebat̃. Vnus honorem q magn⁹ apud eos hẽbat̃ amisit: alter adept⁹ est. Quid de uxorib⁹: qd de filiis: qd de rebus: q̃ta diuersitas? Si g̃ hęc ad illas ꝑtinent minucias tẽpoꝝ quę inter se hñt gemini: et cõstellatiõib⁹ nõ ascribunt̃: quar̃ alioꝝ cõstellatiõibus inspectis ista dicunt̃? Si aũt ideo dicũt̃ qa nõ ad minuta incõprehẽsibilia: sed ad tempoꝝ spacia pertinent quę obseruari notariq; possunt: quid hic agit rota illa lutifiguli: n̄ ut hoĩes luteũ cor habẽtes in girum mictantur: ne mathematicorum uaniloqa cõuincãtur? Capl'm .v.

QVid deniq; iidez ipi quoꝝ morbũ q eodem tẽpore grauior leuiorq; apparebat amboꝝ: medicinalr̃ inspiciẽs Ipocrates geminos suspicatus est: nonne satis istos redarguunt q uolũt sideribus dar̃ qd̃ de corpoꝝ simli tẽpatõe uẽiebat? Cur .n. similr̃ eodemq; tpre nõ alter prior alter posterior ęg̃otabãt sicut nati fuerãt: qa utiq; sil' nasci ambo nõ poterant? Aut si nihil momẽti actulit ut diuersis tpribꝰ ęgrotarent q diuersis tpribus nati sunt: quar̃ tpus in nascendo diuersũ ad aliarũ rerũ diuersitates ualere contendũt? Cur poterũt diuersis temporibus pegrinari: diuersis tpribus ducere uxores: diuersis tpibus filios ꝓcrear̃: et multa alia ꝓpterea qa diuersis tpribus nati sunt: et no potuerũt eadem cã diuersis etiã tẽporib⁹ ęgrotare? Si enim dispar nascendi mora mutauit horoscopum: et disparilitatem intulit cęteris reb⁹: cur illd̃ ĩ ęg̃itudinib⁹ mansit qd̃ hẽbat ĩ tpis ęq̃litate concept⁹? Aut si fata ualitudinis in conceptu sunt: aliarũ uero rerũ in ortu esse dicunt̃: non deberẽt inspectis nataliũ cõstellatiõibus de ualitudine aliqd dicere: qñ eis inspicienda cõceptionalis hora non dat̃. Si aũt ideo prenũciant ęgritudines nõ inspecto cõceptiõis horoscopo: quia indicant eas momento nascentiũ: qũo dicerẽt cuilibet eorũ gemĩoꝝ ex natiuitatis hora quando ęg̃otaturus eẽt: cũ & alter q non habebat eãdem horam natiuitatis necesse haberet pariter ęgrotare? Deinde quęro si tanta distantia est tpis in natiuitate geminoꝝ: ut ꝑ hanc oporteat eis cõstellationes fieri diuersas ꝓpter diuersum horoscopũ: & ob hoc diuersos om̃s cardines ubi tanta uis ponitur ut hinc etiã diuersa sint fata: unde hoc accidere potuit cũ eoꝝ cõcept⁹ diuersum tempus hẽre non possit? Aut si duoꝝ uno momẽto temporis conceptoꝝ potuerũt esse ad nascendũ fata disparia: cur nõ & duoꝝ uno momẽto tpis natoꝝ possint eẽ ad uiuẽdum atq; moriendum fata disparia? Nam si unũ momẽtũ quo ambo cõcepti sunt nõ impediuit ut alter prior alter posterior nasceretur: cur uno momẽto si duo nascant̃ impedit aliqd ut alter p̃or alter posterior moriat̃? Si cõceptio mom̃ti uni⁹ diuersos casus ĩ utero gemĩos hr̃e ꝑmictit: cur natiuitas mom̃ti unius non etiam quoslibet duos in terra diuersos casus hẽre ꝑmictat? Ac ut oĩs huius artis uel potius uanitatis cõmenta tollant̃: qd est hoc q uno tpe uno mom̃to sub una eademq; cęli positiõe concepti diuersa habẽt fata: quę illos perducant ad diuersarum horarũ natiuitatem: et uno momẽto tpis sub una eadẽq; cęli positiõe

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

de duabus matribus duo pariter nati: diuersa fata habere non possunt quę illos pducant ad diuersam uiuẽdi uł moriẽdi necessitatem? An concepti nõdum habẽt fata: quę nisi nascanť hẽre nõ potuerũt? Quid est g̃ qđ dicũt si hora cõceptionalis mueťť: multa ab istis dici posse diuiť? Vnde etiam illud a nõnullis prędicať: qđ qdam sapiens horã elegit qua cũ uxore concũberet: unde filiũ mirabilẽ gigneret. Vnde postremo & hoc ẽ qđ de illis piter ęgrotãtibus gemis Possidoniꝰ astrologꝰ idemq; pbus rñdebat: ideo fieri q eodeꝫ tempore fuissent nati eodemq; concepti? Nam unqꝫ ppter hoc addebat cõceptõeꝫ: ne diceretť et nõ ad liqdum eodem tẽpore potuisse nasci: quos cõstabat oĩo eodem tẽpore fuisse cõceptos. ut hoc qđ similiter simulq; ęg̃tabant non daret de proximo pari corpis tẽpamento: sed eãdem quoq; ualitudinis paritatem sidereis nexibus alligaret. Si g̃ in conceptu tanta uis ẽ ad ęq̃litatem fatoꝝ: non debuerũt nascendo eadem fata mutari. Aut si ppterea mutantur fata geminoꝝ qa tpribus diuersis nascunť: cur nõ ponꝰ intelligamꝰ iã fuisse mutata ut diuersis tẽporibus nascerenť? Ita ne non mutat fata natiuitatis uolũtas uiuentiũ: cũ mutet fata conceptionis ordo nascentium? Quanq̃ & in ipis geminoꝝ cõceptuꝰ ubi certe amboꝝ eadeꝫ momẽta sunt tẽporꝝ: sępe fit ut sub eadem cõstellatiõe fatali alter cõcipiať masculus altera foemina. Capitulum sextum.

NOuimꝰ gemios diuersi sexꝰ. ambo adhuc uiuũt. ãbo ętate uigent adhuc. Quoꝝ cũ sint inter se similes corpoꝝ spẽs q̃tũ in diuerso sexu põt: instituto tñ et ꝑposito uitę ita sunt dispares: ut pter actus quos necesse est a uirilibus distare fęmineos: q ille ĩ officio comitis militat: et a sua domo pene semp peregrinať: illa de solo patrio & de rure ꝑpo nõ recedit. Insup qđ est incredibilius si astralia fata credantur: non aũt mirum si uoluntates hoĩm & dei munera cogiteť: ille cõiugatꝰ illa uirgo sacra est. ille numerosam ꝑplem genuit: illa nec nupsit. Ar.n.plurimũ uis horoscopi ualet. Hoc q̃m nihil sit iã satis disseruí. sed qualecunq; sit in ortu ualere dicũt. Nunqd & in cõceptu ubi & unum cõcubitũ esse mãifestũ est: et tanta naturę uis est: ut cũ cõcepit fęmia deinde alterũ concipe oĩno non possit? Vnde necesse est eadem eẽ in gemis momẽta conceptꝰ. An forte qa diuerso horoscopo nati sunt: aut ille in masculũ dum nascerenť: aut illa in fęminã cõmutata est? Cum g̃ non usq̃q; absurde dici possit ad solas corpoꝝ differẽtias afflatꝰ quosdam ualere sidereos: sicut in solaribus accessibus & decessibus uidemꝰ etiaꝫ ipius anni tẽpora uariari: et lunaribus incrementis atq; detrimentis augeri & minui quędam genera rerum: sicut echinos & cõchas et mirabiles estus oceani: non aũt & animi uolũtates positionibus siderũ subdi: nũc isti cũ etiã nros actus inde religare conanť: admoneť ut quęramus: unde nec in ipis qdem corpibꝰ eis possit rõ ista cõstare. Quid.n.tam ad corpꝰ ptinẽs q̃ corpis sexus? Et tamẽ sub eadẽ positione siderũ diuersi sexꝰ gemini concipi potuerunt. Vnde qđ insipientius dici aut credi põt: q̃ siderũ positionẽ quę ad horam cõceptionis eadem ambobꝰ fuit facere nõ potuisse: ut cũ quo hẽbat eãdem cõstellationẽ: sexũ diuersum a fratre non hẽret: et positionẽ siderũ quę fuit ad horã nascentium facere potuisse: ut ab eo tam multum uirginali sanctitate distaret?

IAm illud qs ferat Caplm. vii.
q in eligendis diebꝰ noua quędã suis actibꝰ fata moliũtur? Non erat uidelicet ille ita natus ut hẽret admirabilem filiũ: sed ita poniꝰ ut contẽptibilem gigneret. et ideo uir doctus elegit horã qua misceretť uxori. Fecit g̃ fatũ quod non hẽbat: et ex ipsius fato cępit esse fatale quod in eius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

natiuitate non fuerat. O stulticiam singularem. eligit̃ dies ut ducat̃ uxor. Credo ꝓpterea q̃a pōt in diem nō bonū n̄ eligat̃ incurri: et infeliciter duci. Vbi ē ergo qđ nascenti iam sidera decreuerīt? An pōt hō quod ei iam cōstitutum est diei electione mutare: et qđ ipe in eligendo die constituerit non poterit ab alia ptāte mutari? Deinde si soli hoīes nō aūt om̄ia que sub celo sunt cōstellatiōib9 subiacēt: cur alios eligūt dies accōmodatos ponēdis uitib9 uel arboribus ul' segetibus: alios dies pecoribus uel domandis uel admictendis maribus: q̃bus equarū uel boum fetētur armenta: ꝛc. huiusmōi? Si autē ꝓpterea ualent ad has res dies electi: q̃a terrenis om̄ibus corporib9 siue aīantib9 siue non aīantib9 ꝑm diuersitates tp̄aliū mom̄toꝝ et siderū positio dominat̃: considerent q̃ innumerabilia sub uno tp̄ris puncto uel nascant̃ ul' oriantur uel inchoent̃: et tam diuersos exitus hēant: ut istas obseruatioēs cuiuis puero ridēdas eē ꝑsuadeāt. Quis. n. est tam excors ut audeat dicere om̄s arbores: oēs herbas: omēs bestias: serpentes: aues: pisces: uermiculos: momenta nascendi singillatim hr̄e diuersa? Solent tñ hoīes ad temptādam peritiam mathematicoꝝ: afferre ad eos cōstellationes mutoꝝ aīaliū: quoꝝ ortus propter hanc explorationem domi sue diligenter obseruant. eosq; mathematicos preferūt ceteris: q̃ cōstellatiōib9 inspectis dicūt nō eē hoīem natū s3 pecus. Audēt etiā dicere quale pecus: utrū aptū lanicio: an uectationi: an aratro: an custodie dom9. Nam et ad canina fata tēptant̃: et cū magnis admirantiū clamoribus ista respondent. Sic desipiūt hoīes ut existimēt cū homo nascit̃ & ceteros rerū ortus ita inhiberi: ut cū illo sub eadem celi plaga nec musca nascat̃. Nam si hāc admiserint: procedit rōcinatio que gradatim accessib9 modicis eos a muscis ad camelos elephātosq; perducat. Nec illđ uolunt aduertere: q̃ electo ad seminandū agrū die: tā multa grana in terra simul ueniūt: siml' germinant: et exorta segete siml' herbescūt: pubescunt: flauescūt: et tñ inde spicas ceteris coeuas atq; ut ita dixerim congerminales alias rubigo īterimit: alias aues depopulant̃: alias hoīes auellūt. Quomodo istis alias constellatioēs fuisse dicturi sunt: quas tā diuersos exitus hēre conspiciūt? An eos penitebit his rebus dies eligere: easq; ad celeste negabant ꝑtinere decretū: et solos sideribus subdent hoīes q̃b9 solis in terra deus dedit liberas uolūtates? His om̄ib9 consideratis: nō immerito creditur: cum astrologi mirabiliter multa uera rñdeāt: et occulto īstinctu fieri spūum nō bonoꝝ: quoꝝ cura ē has falsas et noxias opīones de astralib9 fatis inserere hūanis mentib9 atq; firmare: non horoscopi notati & inspecti aliqua arte que nulla est.

Cap. viii.

QVi ū non astroꝝ constitutionem sicuti est cū quidq̃d concipit̃ uel nascit̃ uel inchoat̃: sed oīum cōnexionē seriemq; causarū qua fit omne qđ fit fati noīe appellāt: non multū cū eis de uerbi controuersia laborandum atq; certandū est: qñ q̃dem ip̄m cāꝝ ordinem et quādam cōnexionē dei summi tribuūt uolūtati & ptāti: q̃ optime et ueracissime creditur & cūcta scire añq̃ fiant: et nihil inordinatū relinquere: a quo sunt omnes ptātes q̃uis ab illo nō sīt oīm uolūtates. Ip̄am itaq; precipue dei summi uolūtatē: cui9 ptās insupabilr̄ per cūcta porrigit̃: eos appellar̄ fatū sic ꝓbat̃. Annei Senece sunt nisi fallor hi uersus. Duc me summe pater: altiq; dominator olimpi. Quocūq; placuerit: nulla parendi mora est. Assum īpiger: fac uelle comitabor gemens. Malusq; patiar facere: qđ licuit bono. Ducūt uolentem fata: nolentem trahūt. Nempe euidētissime hoc ultimo uersu ea fata appellauit: que supra dixerat summi patris

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uoluntatem. Cui se paratū obedire dicit: ut uolens ducat̄: ne nolens trahatur: qm̄ scilicet ducūt uolentē fata: nolentem trahunt. Illi quoq; uersus homerici huic snię suffragant̄: quos Cicero in latinū uertit. Tales sunt boium mentes qualis pr̄ ipe. Iupiter auctiferas lustrauit lumie terras. Nec in hac quęstione auctoritatem hēret poetica sentēcia. Sed q̄niam stoicos dicit uim fati asserentes istos ex Homero uersus solere usurpare: nō de illius poetę sed de istoꝝ pn̄oꝝ opione tractat̄: cū p istos uersus quos disputatōi adhibent quā de fato habēt: qd sentiant esse fatū apertissie declarat̄. qm̄ Iouem appellāt quē summū deum putant. a quo cōnexionem dicunt pendere fatoꝝ. Capitlm. ix.

HOs Cicero ita redarguere conat̄: ut non existimet aliqd se aduersus eos ualere: misi auferat diuinationē. Quaꝫ sic conatur auferr̄ ut neget esse scientiam futuroꝝ: eāq; om̄ib9 utrib9 nullā esse oīno contēdat: uel i deo uel in hoīe: nullamq; rerū prędictionē. Ita & dei pręscientiam negat: et omnē ꝓphetiam luce clariorem conat̄ euertere uanis argumentatiōibus. & opponendo sibi quędam oracula quę facile possūt refelli: quę tñ nec ipse cōuincit. In his autē mathematicoꝝ cōiecturis refutandis eius regnat oīo: qa uere tales sunt ut se ipe destruāt & refellāt. Multo sunt aūt tollerabiliores q uel siderea fata cōstituūt: q̄ iste q tollit p̄scientiā futuroꝝ. Nam & cōfiteri eē deū: et negare pręscīū futuroꝝ: aptissima insania est. Quod & ipe cū uideret: etiā illud tēptauit asserere quod scr̄ptum est. Dixit insipiens i corde suo nō est ds. ſz nō ex sua pson̄a. Vidit.n. q̄ eēt iuidiosum & molestū. Ideoq; Coctā fecit disputātē de hac re aduersū stoicos in libris de deorū natura: et pro Lucilio Balbo cui stoicoꝝ ptes defēdēdas dedit maluit ferre sniam: q̄ pro Cocta q nullaꝫ naturā diuinam esse contendit. In libris ū de diuinatōe ex seipo aptissime oppugnat pręscientiā futuroꝝ. Hoc aūt totū facere uidet̄: ne fatū eē consentiat et pdat liberā uolūtatē. putat.n. cōcessa scientia futuroꝝ ita eē cōseqūs fatū: ut negari oīo nō possit. Sed quoq;mō se hēant tortuosissie concertationes et disputationes ꝓnoꝝ: nos ut confitemur summū & uerū deū: ita uolūtatē summāq; ptātem ac p̄sciam ei9 cōfitemur. Nec timem9 ne iō uolūtate nō faciam9 qđ uolūtate facimus: qa id nos facturos ille p̄scīuit cui9 p̄scientia falli nō pōt. qđ Cicero timuit ut oppugnaret p̄scientiam: et stoici ut nō oīa necessitate fieri dicerēt: q̄uis oīa fato fieri cōtenderēt. Quid g̃ ē qđ Cicero timuit ī p̄scientia futuroꝝ: ut eā labefactat̄ disputatōe detestabli miterēt̄. Videlicet qa si p̄scita sūt oīa futura: hoc ordie q̄ uētura esse p̄scita sūt. Et si hoc ordie uēient: certus est ordo rerum pręscienti deo. Et si certus est ordo rerū: certus est ordo cāꝝ. Non enī aliqd fieri pōt: quod non aliqua efficiens causa pręcesserit. Si autē certus est ordo causarum quo fit oīe quod fit: fato inquit fiūt oīa quę fiūt. Quod si ita est: nihil est ī nostra potestate: nullūq; est arbitriū uoluntas. Quod si concedimus inqt oīs humana uita subuert̄: frustra leges dant̄: frustra obiurgatoēs: laudes: uituperatoēs: exhortatoēs adhibent̄: neq; ulla iustitia bonis pręmia: et malis supplicia cōstituta sunt. Hęc g̃ ne cōsequant̄ indigna absurda et pniciosa reb9 hūanis: nō uult eē pręscientiā futuroꝝ. atq; ī has angustias Cicero coartat aīm religiosū: ut unū eligat e duobus: aut esse aliqd in nr̄a uolūtate: aut eē pręscientiā futuroꝝ: q̄m utrūq; arbitratur esse non posse. sed si alterū confirmat̄ alterū tolli. si elegerim9 prescientiam futuroꝝ: tolli uolūtatis arbitriū. si elegerim9 uolūtatis arbitrium: tolli prescientiam futuroꝝ. Ipe itaq; ut uir magn9 & doctus et uitę hūanę plurimū ac ptissime consulens: ex his duob9 elegit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

NEmo igiẽ quęrat efficiẽtem cauſam malę uolũtatis. Non enĩ eſt efficiẽs ſi deficiens:qa nec illa effectio ſi defectio. Deficere nanq; ab eo quod ſumme eſt:ad id quod mínus ẽ:hoc eſt íncipere habere uoluntatẽ malam. Cauſas porro defectionum iſtarum cum efficientes non ſint ut dixi ſed deficientes:uelle íncipere:tale ẽ ac ſi q̃ſq̃ uellet uídere tenebras uel audire ſilentium. Quod tamẽ utrũq; nobis notũ eſt. neq; illud niſi per oculos:neq; hoc niſi per aures:nõ ſane ín ſpecie:ſed ín ſpecíei príuatõe. Nemo ergo ex me ſcire quęrat: quod me neſcire ſcio:niſi forte ut neſcire diſcat:quod ſciri non poſſe ſciendum eſt. Ea quippe quę non ín ſpecie ſed ín eius príuatõe ſcíũtur:ſi dici aut íntelligi põt: quodãmõ neſciendo ſciuntur:ut ſciendo neſcianẽ. Cum enĩ anes etiã oculi corpal' currit ꝑ ſpẽs corporales:nuſq̃m tenebras uídet:niſi ubi cęperit non uídere. Ita etiã non ad aliũ aliquem ſenſum:ſed ad ſolas aures ꝓpríe ſentire ſilentium:qd tñ nullo modo niſi nõ audiendo ſentiẽ. Sic ſpecies íntelligibiles mens qdem nr̃a íntelligẽdo conſpicit:ſi ubi deficiũt neſciẽdo cõdiſcit. Delicta enĩ qs ĩtelligit? Hoc ſcio:naturã dei nunquã nuſquã nulla ex parte poſſe deficere:et ea poſſe deficere quę ex nihilo facta ſunt. Quę tamẽ quãto magis ſunt: et bona faciunt. tunc enĩ aliqd faciũt:cũ cauſas habent efficientes. ín quãtum aũt deficiunt:et ex hoc mala faciunt:qd enĩ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tunc faciunt nisi uana? Causas habent definentes. Capitulum .viii.

ITemq; scio: in quo fit mala uolũtas: id in eo fieri quod si nollet non fieret: et ideo nõ necessarios sed uolũtarios defectus iusta pena consequitur. Deficitur. n. non ad mala q; male: id est non ad malas naturas: sed ideo male q̃a contra ordinẽ naturarũ: ab eo qđ summe est ad id quod minime est. Neq; enim auri uicium est auaritia uel cupiditas: sed homis puerq; amantis aurũ iustitia derelicta: quę incõpabiliter auro debuit anponi. Nec luxuria ẽ uicium pulcroꝝ suauiũq; corpoꝝ: sed aię puerq; amantis corporeas uoluptates: neglecta tẽpantia qua rebus spũaliter pulcrioribꝰ et icorruptibiliter suauioribꝰ coaptamur. Nec tactantia uicium est laudis hũanę: sed aimę puerq; amantis laudari ab hoibus: spreto testimonio cõscientię. Nec supbia uicium est dantis ptãtem: uel ipius enam potestatis: q; aię puerq; amantis ptãtem suã: porentioris iustitia contempta. Ac p hoc qui peruerse amat cuiuslibet nature bonum: etã si adipiscatur: ipe fit in bono malus: et miser meliore priuatus.

CVm ergo malę Caplm .ix. uoluntatis effitiens naturalis uel si dici põt essentialis nulla sit causa: ab ipa qppe incipit spũum mutabiliũ malũ quo minuitẽ atq; deprauatẽ nature bonuꝫ: nec talem uoluntatem facit nisi defectio qua deseritur deus: cuiꝰ defectioĩs etã causa utiq; deficit: si dixerimus nullã esse effitientem cãm etã uolũtatis bonę: cauendũ est ne uolũtas bonoꝝ angeloꝝ non facta sed deo coęterna esse credatur. Cum enim ipi facti sint quomodo illa non esse facta dicentur? Porro q̃a facta est: utrum cum ipis facta est: an sine illa fuerunt prius? Sed si cũ ipis: non dubiũ q; ab illo facta sit a quo & ipi: simulq; ut facti sunt: et a quo facti sunt amore cum quo facti sunt adheserunt. Eoq; fũt isti ab illoꝝ sonetate discreti: q; illi in eadem bona uoluntate manserũt: illi ab ea definẽdo mutati sũt: mala scilicet uoluntate hoc ipo q; a bono defecerunt: a quo non defecissent si utiq; uoluissent. Si autem boni angeli fuerunt prius sine bona uolũtate: eamq; in seipis deo non operante fecerũt: ergo meliores a seipsis q̃ ab illo facti sunt. Absit. Quid enim erant sine bona uoluntate nisi mali? Aut si propterea nõ mali quia nec mala uoluntas eis inerat: neq; enim ab ea quam nõdum ceperant habere defecerãt: certe nõdum tales: nõdum tam boni q̃ esse cum bona uoluntate ceperunt. Aut si non potuerunt seipos facere meliores q̃ eos ille fecerat: quo nemo melius quicq̃m facit: profecto & bonã uolũtatem qua meliores eẽnt nisi opante adiutorio creatoris hẽre non possent. Et cum id egit eorũ uolũtas bona: ut nõ ad seipos q; minus erant: sed ad illum qui summe est cõuerterẽtur: eiq; adherẽtes magis essent: eiusq; pticipatõe sapiẽter beateq; uiuerent: qd aliud ostẽditur nisi uolũtatẽ quãlibet bonã: inopẽ fuisse in solo desiderio remansuram: nisi ille q; bonam naturã ex nihilo sui capacẽ fecerat: ex seipo faceret implendo meliorem: prius faciens excitando auidiorẽ? Nam & hoc discutiendũ est. si boni angli ipi in se fecerunt uolũtatem bonam: utrũ aliqua eam an nulla uolũtate fecerunt. si nulla: utiq; nec fecerũt: si aliqua: utrum mala an bona. Si mala: quomõ potuit eẽ mala uolũtas bonę uolũtatis effectrix? Si bona: iam ergo habebant. Et istam q̃s fecerat: nisi ille qui eos cũ bona uolũtate id est cũ amore casto quo illi adhererent creauit: simul in eis & condens naturam et largiens gratiam? Vnde sine bona uoluntate hoc est dei amore: nunq̃ sanctos angelos fuisse credendum est. Isti autẽ q; cum boni creati essent: tamen mali sunt. mala, ꝑpa uolũtate quã bona natura non fecit: nisi cũ a bono spõte defecit: ut mali

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

causa non sit bonum sz defectus a bono: aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam: q̃ illi qui in eadem perstiterunt: aut si utriq; boni ęq̃liter creati sunt: istis mala uoluntate cadentibus: illi amplius adiuti ad eam beatitudis plenitudinem unde se nunq̃m casuros certissimi fierent peruenerunt. sicut iam etiã in libro quem sequitur iste tractauimus. Confitendum est igitur cum debita laude creatoris: nõ ad solos sanctos homines ꝑtinere: uerũ etiam de sanctis angelis posse dici: ꝙ caritas dei diffusa sit in eis ꝑ spiritũ sanctũ qui datus est eis. nec tantum hominũ sed primitus pręcipueq; angelorum bonum esse quod scriptum est: mihi autem adherere deo bonum est. Hoc bonum quibus cõmune est: habent & cum illo cui adherent & inter se sotietatem sanctã: et sunt una ciuitas d̃i: eademq; uiuum sacrifitiũ eius: uiuumq; tẽplum eius. Cuius pars quę cõiungenda ĩmortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur: et nunc mortaliter peregrinatur in terris: uel in eis qui morte obierũt secretis animarum receptaculis sedibusq; requiescit: eodem deo creante quẽadmodũ exorta sit: sicut de angelis dictum est iam uideo esse dicẽdum. Ex uno q̃ppe homĩe quem deus primum cõdidit: genus humanum sumpsit exordium. scd̃m sanctę scripturę fidem: quę mirabilem auctoritatem non immerito habet in orbe terrarum atq; in omnibus gentibus: quas sibi esse credituras inter cętera uera quę dixit uera diuinitate prędixit. Omictamus igit̃ coniecturas hoĩum: nescientiũ q̃d loquantur de natura uel institutõne generis hũani. Alii nanq; sicut de ipso mundo crediderunt: semper fuisse homines opinantur. Vnde ait & Apuleius cũ hoc aĩmantiũ genus describeret: singillatim inq̃t mortales cũcti: tamẽ uniuerso genere ꝑpetui. Et cum illis dictum fuerit: si semper fuit humanum genus: quo nam modo ueruz eorum loquatur historia: narrãs qui fuerint quarũcunq; rerum inuentores: qui primi liberalium disciplinarum aliarũq; artium institutores: uel a quibus ꝑmum illa uel illa regio parsq; terrarũ: illa atq; illa insula incoli cęperit. Respondent: diluuiis & conflagratõibus per certa interualla temporum non quidem omnia sed plurima terrarum ita uastari: ut redigantur homĩes ad exiguã paucitatem. ex quorum progenie rursus multitudo pristina reparetur. ac sic idemtidem reparari & institui quasi ꝑma restituant̃: potius quę fuerant illis nimiis uastationibus interrupta & extincta. Cęterum hominem nisi ex homĩe existere omnino non posse. Dicunt autem q̃ putant nõ q̃ sciunt.

Capitulum .x.

FAllunt etiaz eos quędam mendacissimę literę: quas perhibent in historia temporum multa ãnorum milia continere: cum ex literis sacris ab institutione homĩs nondum completa annoꝝ sex milia computemus. Vnde ne multa disputem: q̃admodum illarum literaruz in quibus longe plura ãnorum milia referũtur uanitas refellatur: et nulla ĩ illis rei huius idonea reperiatur auctoritas: illa ępistola Alexãdri magni ad Olympiadem matrem suam quaz scripsit: narrationem cuiusdam egiptii sacerdotis insinuans: quã protulit ex literis quę sacrę apud illos habentur: continet etiã regna quę gręca quoq; nouit historia. In q̃bus regnum assyriorum in eadem ępistola Alexandri quinq; milia excedit annoꝝ: in gręca uero historia mille ferme et trecentos habet ab ipsius Beli principatu: quẽ regẽ & ille egiptius in eiusdem regni ponit exordio. persarum autem & macedonum imperium usq; ad ipsum Alexandrum cui loquębat̃: plusq̃ octo annorum milia ille constituit: cũ apud gręcos

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

macedonum uſq; ad mortem Alexandri quadringenti octogintaq; reperiãtur. perſarum uero donec ipſius Alexandri uictoria finiretur: ducẽti & triginta tres computentur. Longe itaq; hi numeri annorum illis egiptiis ſunt minores: nec eis etiam ſi ter tantum computarẽtur æquarentur. Perhibẽtur enim egiptii quõdam tam breues annos habuiſſe: ut quatermis menſibus finirẽtur. Vnde annus plenior & uerior qualis nũc et nobis & illis eſt: tres eorum annos complectebatur antiquos. Sed nec ſic quidem ut dixi: græca egiptiq; numero temporũ cõcordat hiſtoria. Et ideo græcæ potius fides habenda eſt: quia ueritatem non excedit annoruꝫ: qui literis noſtris quæ uere ſacræ ſunt cõtinetur. Porro ſi hæc epiſtola Alexandri quæ maxime innotuit: multum abhorret in ſpatiis temporũ a probabili fide rerũ: quanto minus credendum eſt illis literis quas plenas fabuloſis uelut antiqtatibus præferre uoluerunt: contra auctoritatem notiſſimorũ diuinorũq; librorum: quæ totũ orbem ſibi crediturũ eſſe prædixit: & cui totus orbis ſicut ab ea prædictum eſt credidit: quæ uera ſe narraſſe præterita ex his quæ futura prænũtiauit: cum tanta ueritate implentẽ oſtendit? Cap. xi.

ALii uero qui mundum iſtum non exiſtimant ſempiternum: ſiue non eum ſolum ſed innumerabiles opinẽtur; ſiue ſolum quidem eſſe: ſed certis ſæculoꝫ interuallis innumerabiliter oriri et occidere: neceſſe eſt fateãtur hominũ genus prius ſine hominibus gignentibus extitiſſe. Neq; enĩ ut alluuiõibus incendiiſq; terrarum quas illi nõ putant toto ꝓrſus orbe contingere: et ideo paucos homines ex quibus reparẽtur multitudo priſtina ſemper remanere contendunt: ita & hi poſſunt putare ꝙ aliquid hominũ pereunte mundo relinquatur in mundo: ſed ſicut ipm mũdum ex materia ſua renaſci exiſtimant: ita in illo ex elementis eius genus humanũ: ac deinde a parentibus ꝓgeniem pullulare mortaliũ: ſicut aliorꝫ animalium. Capitulum .xii.

QVod autem reſpondimus cum de mũdi origine quæſtio uerteretur: eis q nolunt credere non eum ſemp fuiſſe ſed eẽ cepiſſe: ſicut etiam Plato aptiſſime confitetur: quamuis a nonnullis contra q̃ loquitur ſenſiſſe credatur: hoc etiam de prima hominis conditõne reſponderim: propter eos qui ſimiliter mouentur: cur homo p innumerabilia atq; infinita retro tempora creatus nõ ſit: tamq; ſero ſit cõditus: ut minus q̃ ſex milia ſint annorũ; ex quo eẽ cepiſſe ĩ ſacris literis inuẽitur. Si enim breuitas eos offendit temporis; q̃ tam pauci eis uidẽtur anni ex quo inſtitutus homo in noſtris auctoritatibus legitur: conſiderent nihil eſſe diuturnum in quo eſt aliquid extremum: & omnia ſæculorum ſpatia definita: ſi æternitati interminate comparentur: non exigua exiſtimanda eſſe ſed nulla. Ac per hoc. ſi nõ quinq; uel ſex: uerũ etiã ſexaginta milia ſiue ſexcenta: aut ſexagies aut ſexcẽties milia dicerentẽ annorum: aut itidem per totidem totiẽs multiplicaretur hæc ſumma: ubi tam nullum numeri nomẽ haberemus ex quo deus hominem fecit: ſimiliter quæri poſſet cur ante nõ fecerit. Dei quippe ab hominis creatione ceſſatio retrorſus æterna ſine ullo tanta eſt: ut ſi ei conferatur quamlibet magna & ineffabilis numeroſitas temporum: quæ tamen ſine concluſa certis ſpatiis terminatur: nec ſaltem tanta uideri debeat: quanta ſi humoris breuiſſimam guttam uniuerſo mari etiam quãtum oceanus circumfluit comparemus. quoniam iſtorum duorum unum quidem perexiguum eſt: alterum incomparabiliter magnum: ſed utrunq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

finitum. Illud uero temporis spatium qd̄ ab initio aliquo progreditur: et aliquo termino coercetur: magnitudine quantacunq; tendatur: comparatum illi quod initium non habet: nescio utrum ꝓ mimo an potius ꝓ nullo deputandum est. Huic enim si a fine uel breuissima singillatim momenta detrahantur: decrescente numero licet tam ingenti ut uocabulum nō inueniat retrorsum redeundo: tanquam si hominis dies ab illo in quo nunc uiuit usq; ad illum in quo natus est detrahas: quandoq; ad initium illa detractio perducetur. Si autem detrahātur retrorsus in spatio quod a nullo cepit exordio: nō dico singillatim minuta momēta uel horarum: aut dierum aut mensium aut annorum etiam quātitates: sed tam magna spatia quanta illa summa comprehendit annorum: que iam dici a quibuslibet cōputatoribus non potest: que tamen momentoꝝ minutatim detractōe consumit̄: et detrahantur hec tanta spatia nō semel atq; iterum sepiusq; sed semper: quid fit: quid agitur: quando nunq̄m ad initium quod omnīo nullum est ꝑuenitur? Quapropter quod nos modo querimus post quinq; milia & quod amplius excurrit annorum: possent & posteri etiam post annorum sexcenties milies eadem curiositate requirere: si in tantum hec mortalitas hominū exoriendo & occumbendo & imperita perseueraret infirmitas. Potuerunt & qui fuerunt ante nos ip̄is recētibus hominis creati temporibus istā mouere questionem. Ipse deniq; primus homo uel postridie uel eodē die posteaq̄ factus est: potuit inquirere cur non ante sit factus. Et quandocunq; antea factus esset: non uires tunc alias & alias nunc uel etiam postea istam de initio rerum temporalium controuersiā reperiret.

Ca pi tu lum .xiii.

HAnc autem se philosophi mundi huius non aliter putauerūt posse uel debere dissoluere: nisi ut circuit⁹ temporum inducerent: quibus eadem semp̄ fuissent: renouata atq; repetita in rerum natura: atq; ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent uolumina uenientium pretereūtiumq; seculorum: siue in mūdo ꝑmanente isti circuitus fierēt: siue certis interuallis oriēs & occidens mūdus eadem semper quasi noua que transacta & uentura sunt exhiberet. A quo ludibrio prorsus immortalem animam etiam cuꝫ sapientiā perceperit liberare nō possunt: euntem sine cessatione ad falsam beatitudinem: et ad uerā miseriam sine cessatiōe redeuntem. Quomodo enim uera beatitudo est: de cuius nunq̄m eternitate confiditur: dum anima uenturam miseriam aut imperitissima ueritate nescit: aut infelicissima imbeatitudīe pertimescit? At si ad miserias nunquā ulterius reditura ex his ad beatitudinem pergit: fit ergo aliquid noui in tempore quod finem non habet temporis: cur nō ergo & mūdus: cur non & homo factus in mūdo: ut illi nescio q falsi circuitus a falsis sapiētibus fallacibusq; comperti in sana doctrina tramite recti itineris euitentur? Nam q̄dam et illud quod legitur in libro Salomonis qui uocatur ecclesiastes: quid est quod fuit: ip̄m quod erit: et quid ē quod factum est: ip̄m quod fiet: et non est om̄e recens sub sole: nec quisquaꝫ loquitur & dicit ecce hoc nouū est: iam fuit in seculis que fuerūt ante nos: propter hos circuitus ī eadem redeūtes: et in eadem cūcta reuocātes: dictum intelligi uolunt ꝙ ille aut de his rebus dixit de quibus supius loquebatur: hoc est de generationib⁹ aliis euntibus aliis uenientibus: de solis anfractibus: de torrentiū lapsib⁹: aut certe de omniū rerum generibus que oriūtur

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

atq; occidunt. Fuerunt enī homines ante nos: sunt et nobiscum: erunt & post nos: ita quoq; aīmantia uel arbusta. Monstra quoq; ipsa quę inusitata nascuntur: quāuis inter se diuersa sint: et quędam eorū semel facta narrentur: tamen scd̄m id q̄ generaliter miracula et mōstra sunt: utiq; & fuerūt et erunt: nec recens & nouum est ut monstrum sub sole nascatur. Quāuis hęc uerba quidam sic intellexerint: tanq̄m in prędestinatione dei iam facta fuisse om̄ia sapiēs ille uoluisset intelligi: et ideo nihil recens eē sub sole. Absit autem a recta fide: ut his Salomoīs uerbis illos circuitus significatos eē credamus: quibus illi putant sic eadem temporum temporaliumq; rerum uolumina repeti. ut uerbi gratia sicut in isto sęculo Plato philosophus in urbe atheniensi: et in ea scola quę achademica dicta est discipl'os docuit: ita per innumerabilia retro sęcula multum prolixis quidem interuallis sed tamen certis: et idem Plato et eadem ciuitas: eademq; scola iidemq; discipuli repetiti: et per innumerabilia deinde sęcula repetendi sint. Absit inquam ut nos ista credamus. Semel enī christus mortuus est pro peccatis nostris. surgēs aūt a mortuis iam non moritur: et mors ei ultra nō dominabitur: et nos post resurrectionem semper cum domino erimus: cui modo dicimus quod sacer admonet psalmus. Tu dn̄e seruabis nos: et custodies nos a generatione hac in ęternum. Satis aūt istis existimo conuenire quod sequit̄. In circuitu impii ambulant. Non quia per circulos quos opinātur eorum uita est recursura: sed quia modo talis est erroris eorum uia id est falsa doctrina.

Quid autem Capitl'm. xiiii.

mirum est: si in his circuitibus errantes nec aditum nec exitum inueniūt: qui genus hūanum atq; ista nostra mortalitas nec quo initio cępta sit sciunt: nec quo fine claudatur. quandoquidem altitudinem dei penetrare non possunt. quia cū ipse sit ęternus et sine initio: ab aliquo tamen initio exorsus est tempora: et hominem quem nunq̄m ante fecerat fecit in tempore: non tamen nouo & repentino sed imutabl̄i ęternoq; consilio. Quis hanc ualeat altitudinē inuestigabilem inuestigare: et inscrutabilem perscrutari: scd̄m quam deus hominem temporalem ante quem nemo unquam hominum fuit: non mutabili uoluntate in tempore condidit: et genus hūanum ex uno multiplicauit: quādoquidem psalmus ipse cum prępmisisset atq; dixisset: tu domīe seruabis nos & custodies nos a generatōe hac in ęternum: ac deinde repercussisset eos ī quoꝝ stulta impiaq; doctrina nulla liberatioīs et beatitudinis aīmę seruatur ęternitas: continuo subiciens in circuitu impii ambulant? Tanq̄m ei diceretur. Quid ergo tu credis: sentis: intelligis? Nunq̄d nam existimandū est subito deo placuisse hominem facere: quem nunq̄ antea infinita retro ęternitate fecissꝫ: cui nihil noui accidere potest: in quo mutabile aliq̄d non est? Et ne nos hęc audientes aliqua forte turbaret ambiguitas: continuo respōdit ad ip̄m deum loquens: scd̄m altitudinē tuam multiplicasti filios homīum. Sentiant inquit homīes quod putant: et qd̄ eis placet opinentur & disputent: scd̄m altitudinem tuam quam nullus pōt nosse hominum: multiplicasti filios hominum. Valde quippe altum est: et semper deum fuisse: et hominē quem nūquā fecerat ex aliquo tempore primum facere uoluisse: nec consilium uoluntatemq; mutasse.

Ego quidem Capitl'm. xv.

sicut dominum deum aliquando dominum non fuisse dicere non audeo: ita hominem nūquam antea fuisse: et ex

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quodam tpe primum hominem creatum eē dubitare nō debeo. Sed cū cogito cuiꝰ rei dñs semp fuerit: si semp creatura non fuit: affirmare aliquid pertimesco: qa et meipm intueor: et scriptū eē recolo. Quis hoim pōt scire cōsiliū deiꝰ Aut qs poterit cogitare qd uelit dominusꝰ Cogitatiōes enī mortaliū timidę: et incertę admuentiones nostrę. Corruptibile emiꝫ corpus aggrauat aiam: et depmit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Ex his ḡ quę in hac terrena inhabitatione multa cogito: deprimunt me ideo utiq; multa: qa unum qđ ex illis uel pręter illa quod forte non cogito uerum est inuenire non possum. Si dixero semp fuisse creaturaꝫ: cuius dñs esset qui dñs semp est: nec dñs unquā non fuit: sed nunc illā nunc aliā p alia atq; alia temporū spatia: nec aliquaꝫ creatori coęternā esse dicamus: qđ fides ratioq; sana cōdemnat: cauendū est ne sit absurdū & a luce ueritatis alienū: mortalem qdem aliam per uices temporum cedētem: aliam succedētem: immortalem uero nō esse cepisse nisi cū ad nr̄m sęculū uentum est: qñ & angli creati sunt: si eos recte lux illa p̄mum facta significat: aut illđ pon?cęlū de quo dictū est: in p̄ncipio creauit deus celū & terram: cū tamē non fuerint anteq̄m fierent: ne immortales si semp fuisse dicantur: deo coęterni eē credantē. Si aūt dixero nō in tempe creatos esse anglos: sed ante oīa tempora & ipos fuisse: quoꝫ deus dominus eēt q nunq̄m nisi dñs fuit: quęritē a me etiā si ante oīa tēpora facti sunt: utrū semp potuerunt eē qui facti sunt. Hic respondendum forte uideatē: q̄ quodāmodo non incōueniēter semp eē dicatur. Vsq;adeo aūt isti omni tempore fuerunt: ut etiā ante oīa tempa facti sint: si tamē a cęlo cępta sunt tēporā: et illi tā erant ante cęlum. At si tēpus non a cęlo uerū & ante celum fuit: non qdem in horis & diebus et mensibus & annis. nam istę dimensiōes tempalium spatioꝝ quę usitate ac proprie dicūtur tempora: mānifestum est q̄ a motu siderū cęperint. unde & deus cum hęc institueret dixit: et sint in signa & i tempora et in dies & in annos: sꝫ in aliquo mutabili motu: cuiꝰ aliud anterius prętereat: aliud posteriꝰ succedat: eo q̄ simul eē non possūt. Si ergo ante cęlum in angelicis motibus tale aliquid fuit: et ideo tempus tā fuit: atq; angli ex quo facti sunt temporaliter moueabantur: etiam sic omni tempore fuerunt. quādoquidem cum illis facta sunt tempora. Quis autem dicat non semper fuit quod omni tempore fuit? Sed si hoc respōdero dicetur mihi. Quomodo ergo non sunt coęterni creatori: si semper ille semper illi fuerūt? Quomodo etiā creati dicēdi sunt: si semper fuisse intelliguntē? Ad hoc quid respondebitur? An dicendum & semper eos fuisse: quoniam oīni tempore fuerunt qui cum tempore facti sunt: facti sunt autem cum quibus facta sunt tempora: et tamē creatos? Neq; enī & ipsa tempora creata esse negabimus: quāuis oīni tempore tempus fuisse nemo ambigat. Nam et si nō oīni tempore fuit tempus: erat ergo tempus quādo nullus erat tēpus. Quis hoc stultissimꝰ dixerit? Possumus enim recte dicere: erat tempus quādo non erat roma: erat tēpus quādo non erat hierusalem: erat tempus quādo non erat Abraam: erat tempus quādo nō erat homo: et siqd huiusmodi. Postremo si nō cum minore tēporis sed post aliquod tempus factus est mūdus: possumus dicere erat tempus q̄ndo non erat mūdus. At uero erat tempus quādo nullum erat tēpus: tā inconuenienter dicimus: ac si q̄s̄q̄ dicat: erat homo q̄ndo nullus erat hō: aut erat iste mūdus: q̄do iste nō erat mūdus. Si enim de alio atq; alio intelligatē: potest

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dici aliquo mō: hoc est: erat alius homo: q̄ndo nō erat iste hō. Sic ergo erat aliud tempus: q̄ndo non erat hoc tēpus: recte possum⁹ dicere. At uero erat tēpus q̄ndo nullum erat tpus: qs uel insipientissimus dixerit? Sicut ergo dicim⁹ creatū tpus: cū ideo semp fuisse dicat̄ qa om̄i tempore tpus fuit: ita non ē consequens ut si semp fuerūt angeli: ideo nō sint creati: ut ꝓpterea semp fuisse dicant̄ qa om̄i tpe fuerūt: & ꝓpterea om̄i tpe fuerunt: qa nullo mō sine his tpa esse potuerūt. Vbi eni; nulla creatura est cuius mutabilibus motibus tpa pagant̄: tempa oīo esse nō possūt. Ac p hoc & si semp fuerūt: creati sunt. Nec si semp fuerūt: ideo creatori coeterni sunt. Ille enī semp fuit eternitate īmutabli: isti aūt facti sūt. Sed ideo semp fuisse dicūt̄: qa om̄i tempe fuerūt: sine qbus tpa nullo mō esse potuerunt. Temp⁹ aūt qm̄ mutabilitate transcurrit: eternitati immutabili nō potest esse coeternū. Ac per hoc etiā si immortalitas angeloꝝ nō transit in tēpe: nec preterita ē q̄si iā non sit: nec futura q̄i nondū sit: tñ eoꝝ motus qb⁹ tpa pagunt̄: ex futuro in preteritū transeunt: et ideo creatori in cui⁹ motu dicendū non est uel fuisse qd̄ iā non sit: uel futuꝝ eē qd̄ nōdū sit: coeterni esse nō possūt. Quapropter si d̄s semp dñs fuit: semp hūit creaturā suo dñatui ꝑuientē: ueruntñ non de ipso genitā: ꝫ ab ipo de nihilo factā: nec ei coeternā. Erat qppe añ illā: q̄uis nllo tpe sine illa: non eā spatio transcurrēte: ꝫ manēte ꝑpetuitate p̄cedēs. Sed hoc si rñdero eis q reqrunt quō sp creator semp fuit dñs: si creatura seruiens nō semp fuit: aut quō creatura creata ē: et non potius creatori coeterna ē si semp fuit? Vereor ne facili⁹ iudicer affirmare qd̄ nescio: q̄ docere qd̄ scio. Redeo igr̄ ad id qd̄ creator noster scire nos uoluit: illa uero que uel sapientioribus in hac uita scire pmisit: uel oīno pfectis ī alia uita scienda seruauit: ultra uires meas esse ꝓfiteor. Sed ideo putaui sine affirmatiōe tractāda: ut q hec legunt uideant: a quibus questionum periculis debeāt tēperare: nec ad om̄ia se idoneos arbitrent̄. potiusq; intelligant q̄ sit aplō obtēperādum precipienti salubriter ubi ait. Dico autem per gratiam d̄i que data est mihi oībus qui sūt in uobis: non plus sapere q̄ oportet sape: sed sapere ad temperantiam: unicuiq; sicut deus partitus est mensuram fidei. Si enim pro uiribus suis alatur infans: fiet ut crescēdo plus capiat. Si autē uires sue capacitatis excedat: definet anteq̄m crescat.

Que secula Capitl'm .xvi.

Que preterierint anteq̄m genus instituerentur hūanum: me fateor ignorare. Non tamē dubito nihil omnino creature creatori eē coeternum. Dicit etiam apl's: tempora eterna: nec ea futura: sed quod magis est mirandum preterita. Sic enim ait. In spem uite eterne quā promisit nō mendax deus ante tempora eterna. Manifestauit aūt tempib⁹ suis uerbū suum. Ecce dixit retro q̄ fuerint tempa eterna: que tñ non fuerūt deo coeterna. Siqdem ille ante tempa eterna non solū erat: uerū etiam promisit uitam eternā: quam māifestauit temporibus suis id est cōgruis. Quid aliud q̄ uerbum suum? Hoc est enī uita eterna. Quomodo autē promisit cū hōibus utiq; ꝓmiserit: qui nondum erant añ tpa eterna: nisi qa in ipius eternitate: atq; ī ipso eius uerbo eidem coeterno iam predestinatōe fixū erat: quod suo tempe futurum erat?

Capl'm .xvii.

Illud quoq; nō dubito: anteq̄ p̄m⁹ hō creatus eēt nunq̄ q̄q̄ hoīem fuisse: nec eūdem ip̄m nescio qbus circuitib⁹ nescio quotiens reuolutū: nec aliū aliquē natura similem: neq; ab hac fide me ph̄oꝝ argumenta deterrēt: quoꝝ acutissimum illud putat̄ qd̄ dicūt: nulla infinita ulla sciētia posse cōprehendi. Ac p hoc deus inquunt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rerum quas fecit omnium finitarum oēs finitas apud se rōnes habet. bonitas aūt eius nunq̄m uacua fuisse credenda est: ne sit tēpalis eius opatio: cuius retro fuerit eterna cessatio: quasi pęnituerit eū p̄oris sine initio uacatoīs: ac propterea sit opis aggressus initium. Et ideo necesse est inquunt eadem semper repeti: eadēq; semper repetēda transcurrere: uel manēte mūdo mutabiliter: qui licet nunq̄m nō fuerit & sine initio temporis tamen factus est: uel eius quoq; ortu & occasu semp illis circuitibus repetito semperq; repetēdo: ne uidelicet si aliquando primum dei opera cępta dicūtur domini: p̄orem suam sine initio uacationem tanquā inertem ac desidiosam: & ideo sibi displicentem damnasse quodammodo atq; ob hoc mutasse credat̄. Si autem semper quidem temporalia sed alia atq; alia perhibetur operatus: ac sic aliquando etiam ad hominem faciēdum quem nunq̄m antea fecerat peruenisse: nō scientia qua putant nō posse quęcunq; infinita comprehendi: sed quasi ad horam sicut ueniebat in mentem fortuita quadā inconstantia uideatur fecisse quę fecit. Porro si illi circuitus admictantur inquunt: quibus uel manente mundo uel ipso quoq; reuolubiles ortus suos & occasus eisdem circuitibus inserente: eadem temporalia repetuntur: nec ignauum otium pręsertim tam longe sine initio diuturnitatis d̄o tribuitur: nec improuida temeritas operum suorum. Quoniam si non eadem repetantur: non possunt infinita diuersitate uariata ulla eius scientia uel pręscientia comprehēdi. Has argumentatōnes quibus impii nostram simplicem pietatem: ut cum illis in circuitu ambulemus de uia recta conantur auertere: si ratio refutare non posset: fides irridere deberet. Huc accedit q̄ in adiutorio domini dei nr̄i hos circulos uolubiles quos opinio cōfingit: ratio māifesta cōfringit.

Hinc. n. maxime isti erant: ut in circuitu falso ambulare q̄m uero & recto itinere malint: q̄ mentem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacē: & innumera omnia sine cogitationis alternatōne numerantem: de sua humana mutabili angustaq; metiuntur. Et fit illis quod ait apostolus. Comparantes enim semetipsos sibimetipsis non intelligunt. Nam quia illis quidquid noui faciēdum uenit in mentem nouo consilio fatiunt. mutabiles quippe mentes gerunt: profecto non deū quem cogitare nō possunt: sed semetip̄os pro illo cogitātes. non illū sed seipsos nec illi sed sibi comparant. Nobis autem fas non est credere aliter affici deum cū uacat: aliter cum opatur: quia nec affici dicēdus est: tanq̄m in eius natura fiat aliquid quod ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur: et mutabile est omne quod aliquid patitur. Non itaq; in eius uacatione cogitetur ignauia: desidia: inertia: sicut nec in eius ope labor: conatus: industria. Nouit q̄escens ager̄: & agens q̄escere. Potest ad opus nouum non nouum sed sempiternum adhibere consilium. nec pęnitēdo quia prius cessauerat: cępit facere quod nō fecerat. Sed et si prius cessauit & posterius operatus est: quod nescio quemadmodum ab homine possit ītelligi: hoc proculdubio q̄d dicitur prius & posterius: in rebus p̄us non existentibus et posterius existentib9 fuit. In illo aūt non alteram pręcedētem altera subsequens mutauit aut abstulit uolūtatem: sed una eademq; sempiterna & īmutabili uoluntate: res quas cōdidit et ut p̄us nō essent egit q̄diu non fuerūt: et ut posterius essent quādo esse cęperūt. hinc eis q̄ talia uidere possūt mirabiliter fortassis ostēdens: q̄ non eis indiguerit s3 eas gratuita bōitate cōdiderit: cū sine ill' ex ęternitate initio carente in nō minore beatitudine p̄mansit. Capl'm. xviii.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Illud aūt aliud qđ dicūt: nec đi sciētia
quę infinita sunt posse comprehendi:
restat eis ut dicere audeant: atq; huic se
uoragini ꝓfundę īpietatis īmergāt: ꝙ nō
oēs numeros deꝰ nouerit. Eos qppe infi-
nitos eē certissimū est. qm̄ ī q̄cūq; numero
finē faciendū putaueris: idem ipe nō dico
uno addito augeri: s; q̄libet sit magnꝰ &
q̄libet ingentē multitudinē continens: in
ipa rōe atq; scientia numeroꝝ: non solum
duplicari uerū etiaꝫ multiplicari pōt. Ita
uero suis qsq; numerꝰ ꝓpetatibꝰ termīat̄:
ut nullus eoꝝ par esse cuiq̄ alteri possit.
Ergo & dispares īter se atq; diuersi sūt:
et singuli quiq; finiti sunt: et omēs īfiniti
sunt. Ita nec numeros ꝓpter infinitatem
nescit om̄ipotēs deus: et si usq; ad q̄dam
summā numeroꝝ sciētia dei peruenit: &
cęteros ignorat: qs hoc uel demētissimus
dixerit? Nec audebūt isti contendere: et
numeros eos dicere ad dei scientiam non
pertinere: apud quos Plato deū magna
auc̄te cōmendat mūdū numeris fabricā-
tem: et apđ nos deo dictū legit̄: om̄ia in
mēsura & numero et pōdere disposuisti.
De quo & ꝓpha dicit. qui ꝓfert numero
scl̄m. Et saluator in euanglio. Capilli inqt
ur̄i oēs numerati sunt. Absit itaq; ut du-
bitemus: ꝙ ei notus non sit oīs numerus:
cuiꝰ intelligētię sicut in psalmo canit̄ non
est numerus. Infinitas itaq; numeri: q̄uis
infinitoꝝ numeroꝝ nll's sit numerꝰ: non
est tñ incōprehensibilis ei cuiꝰ intelligētię
nō est numerꝰ. Quapropter si qdqd scīa
comprehēdit̄ scientis cōprehensiōe finit̄:
ꝓfc̄to et oīs īfinitas quodā ineffabl̄i mō
deo finita ē: qa scīa eiꝰ ipi incōprehēsibl̄is
nō est. Quare si infinitas numeroꝝ sciētię
dei qua cōprehēdit̄ eē nō pōt infinita: qui
tādē nos sumꝰ homūcl̄i: q eiꝰ sciētię limitē
figere pręsumamꝰ: dicentes ꝙ nisi eisdem
circuitibꝰ tēpoꝝ eadē tpalia repetant̄: nō
potest deus cūcta quę fecit uel pręscire ut
faciat: ul' scire cū fecerit. cuius sapīa sim-
pliciter multiplex: et uniformiter multi-
formis: tam incōprehēsibl̄i cōprohēsione
oīa incōprehēsibilia cōprehēdit: ut quę-
cūq; noua & dissil̄ia conseq̄ntia p̄cedētibꝰ:
si sp facere uellet: inordinata & īprouisa
hēre nō posset: nec ea pręuideret ex p̄mo
tēpore: sed ęterna pręsciētia contineret?

Quod utrū ita faciat: Cap. xix.
et cōtinuata sibi cōnexiōe copulēt̄
quę appellant̄ sęcula sęcl̄oꝝ: alia tñ atq;
alia ordinata dissil̄itudine ꝓcurrētia; eis
dūtaxat q ex miseria libant̄ in sua beata
immortalitate sine fine manētibus: an ita
dicant̄ sęcula sęcl̄oꝝ: ut ītelligant̄ sęcula
ī sapīa dei incōcussa stabilitate manētia:
istoꝝ quę cū tpre transeūt tanq̄ efficientia
sęcl̄oꝝ: diffinire nō audeo. Fortassis eniꝫ
possit dici sęculū quę sunt sęcula: ut nihil
aliud dicat̄ scl̄m sęculi q̄ sęcula scl̄oꝝ: sicut
nihil aliud dr̄ cęlū cęli q̄ cęli cęloꝝ. Nam
cęlū deꝰ uocauit firmamentū sup qđ sunt
aquę: et tñ ī psalmo & aquę inqt quę sup
cęlos sūt laudēt nomē dñi. Quid g̊ istoꝝ
duū sit: an pręter hęc duo aliqd aliud de
scl̄is scl̄oꝝ possit ītelligi: ꝓfūdissīa qō est.
Neq; hoc qđ nunc agimus impedit: si in-
discussa interim differat̄: siue aliqd in ea
diffinir̄ ualeamꝰ: siue nos faciat cautiorꝰ
diligentior ipsa tractatio: ne in tanta ob-
scuritate rerū affirmare temere aliquid
audeamus. Nunc. n. cōtra opīonē dispu-
tamus: qua illi circuitꝰ asserunt̄: qbꝰ semp
eadem p īterualla tēpoꝝ necesse eē repeti
existimāt̄. Quęlibet aūt illarū sentēciaꝝ
de sęculis scl̄oꝝ uera sit: ad hos circuitus
nihil ptinet. qm̄ siue sęcula scl̄oꝝ sint: non
eadē repetita s; alterū ex altero cōnexiōe
ordīatissīa ꝓcurrētia: lib̄atoꝝ beatitudīe
sine ullo recursu miseriarū certissīa pma-
nente: siue sęcula scl̄oꝝ ęterna sint tpaliuꝫ
tanq̄ dñantia subditoꝝ: circuitꝰ illi eadeꝫ
reuoluētes locū nō hn̄t: q̊s maxīe refellit
ęterna uita scōꝝ. Capl̄m. xx.

Quoꝝ enī aures piorū ferant post

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

L

emersam tot tantisq; calamitatibus uitā:
si tamen uita ista dicenda est quę potius
mors est: ita grauis ut mors quę ab hac
liberat mortis huiꝰ amore timeat̄: pꝰtam
magna mala tāq; multa & horrēda: tan-
dem aliqñ ꝑ ueram religionē atq; sapīam
expiata atq; finita: ita ꝑuēire ad cōspc̄tm
dei: atq; ita fieri beatū contēplōne īcorpeę
lucis: ꝑ ꝑticipationē incōmutabilis īmor-
talitatis eius cuiꝰ adipiscendę amore fla-
gramꝰ: ut eā qñq; necesse sit deseri: et eos
q deser̄t ab illa ęternitate: ueritate: fęlici-
tate deiectos: tartareę mortalitati: turpi
stulticię: miseriis execrabilibꝰ implicari.
ubi deꝰ amictat̄: ubi odio ueritas hēat̄:
ubi ꝑ īmūdas neqcias beatitudo quęrat̄:
& hoc idem atq; idem sine ullo fine ꝑoꝝ
et posterioꝝ: certis interuallis & dimen-
siōibꝰ sclōꝝ factū eē & futurū: et hoc ꝓp-
terea ut possint deo circuitibus definitis
euntibꝰ semꝑ atq; redeūtibꝰ: ꝑ nr̄as falsas
beatitudīes et ueras miserias alternatim
qdē s; in reuolutione incessabli sempiter-
nas: nota esse opa sua: qm̄ neq; a faciēdo
qescere nec qescēdo possit quę īfinita sunt
indagare? Quis hęc audiat: qs credat:
quis ferat? Quę si uera essent non solum
tacerent̄ prudentius: uerū etiā ut quomō
ualeo dicā quod uolo: doctius nescirent̄.
Nam si hęc illic in mēoria nō habuerimꝰ:
et ideo beati erimus: cur hic ꝑ eoꝝ sciētiaꝫ
grauat̄ ampliꝰ nr̄a miseria? Si aūt ibi ea
necc̄io scituri sumus: hic saltē nesciamus:
ut hic fęlicior sit expectatō q̄ illic adeptō
summi boni. qñ hic ęterna uita conseq̄da
expectat̄: ibi aūt btā sed non ęterna qñq;
amictēda cognoscit̄. Si aūt dicūt neminē
posse ad illā beatitudinē ꝑuenire: nisi hos
circuitꝰ ubi beatitudo & miseria uicissim
alternāt ī huiꝰ uitę eruditiōe cognouerit:
qūo g̊ fatent̄ q̄nto plus quisq; amauerit
deū: tanto eū faciliꝰ ad beatitudinē ꝑuē-
turū: q ea docēt qbꝰ amor ipe torpescat?
Nam qs non remissius & tepidius amet
eum quē se cogitat necessario deserturuꝫ:
et contra eius ueritatē sapīamq; sensurū:
& hoc cū ad eius plenaꝫ ꝓ sua capacitate
noticiā beatitudinis ꝑfectōe ꝑuenerit: qñ
nec hoīem amicū possit quisq; amar̄ fide-
liter: cui se futurū nouit inimicum? Sed
absit ut uera sint quę nobis minant̄ ueraꝫ
miseriā nunq; finiēdam: s; interpositiōibꝰ
falsę beatitudīs sępe ac sine fine rūpēdā.
Quid.n. illa beatitudīe falsius atq; falla-
cius: ubi nos futuros miseros aut ī tāta
ueritatis luce nesciamꝰ: aut in summa fę-
licitatis arce timeamus? Si.n. futurā ibi
calāitatem ignoraturi sumus: ꝑitior ē hic
nr̄a miseria ubi futurā beatitudīeꝫ noui-
mus. Si aūt nos illic clades imminēs non
latebit: beatius tꝑa trāsigit aīma misera
qbus transactis ad beatitudīeꝫ subleuet̄:
q̄ beata qbus transactis in miseriā reuol-
uat̄. Atq; ita spes nr̄ę īfęlicitatis ē fęlix:
et fęlicitatis infęlix. Vnde fit: ut quia hic
mala pręsentia patimur ubi metuimꝰ im-
minētia: uerius semꝑ miseri q̄ beati aliqñ
eē possimꝰ. Sed qm̄ hęc falsa sunt clamāte
pietate cōuincēte ueritate: illa eniꝫ nobis
ueraciter ꝓmictit̄ uera fęlicitas: cuiꝰ erit
semꝑ retinēda & nulla infęlicitate rum-
penda certa securitas: uiā rcām sequētes
quę nobis ē xp̄s: eo duce ac saluatore: a
uano & inepto impioꝝ circuitu iter fidei
mētēq; auertamꝰ. Si.n. de istis circuitibꝰ
et sine cessatiōe alternātibus itionibus &
reditiōibꝰ aīarū: Porphirius platonicus
suoꝝ opīonem sequi noluit: siue ipius rei
uāitate ꝑmotus: siue iam tꝑa x̄ana reue-
ritus: et qđ in libro decimo cōmemorauī
dicere maluit: aīam ꝓpter cognoscenda
mala traditā mūdo: ut ab eis libata atq;
purgata cū ad pr̄eꝫ redierit nihil ulteriꝰ
tale paciat̄: q̄to magis nos istā inimicam
x̄anę fidei flitatem detestari ac deuitare
debemus? His autē circuitibꝰ euacuatis
atq; frustratis: nulla necessitas nos com-
pellet ideo putare non habere iniciū tꝑis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ex quo cęperit esse genus hūanum: quia nescio ꝑ quos circuit⁹ nihil sit ī reb⁹ noui: qđ non & antea certis interuallis tēpoꝝ fuerit: et postea sit futurū. Si enī liberat̄ aīa non reditura ad miserias: sicut nunq̄ antea liberata est: fit ī illa aliqd qđ antea nūq̄ factū est: et hoc qdez ualde magnū: id est quę nunq̄ ei desinat ęterna fęlicitas. Si aūt ī natura īmortali fit tāta nouitas: nllo repetita nullo repetēda circuitu: cur in reb⁹ mortalib⁹ fieri nō posse cōtendit̄? Si dicūt non fieri in aīa beatitudīs nouitatē: qm̄ ad eā reuertit̄ in qua semp fuit: ipa certe liberatio noua fit: cū de miseria liberat̄ in q̄ nunq̄ fuit: et ipa miserię nouitas in ea facta est: quę nunq̄ fuit. Hęc aūt nouitas si non in reb⁹ quę diuīa ꝓuidētia gubernant̄: ordīe sz casu poti⁹ uēit: ubi sunt illi determīati dimensiqz circuit⁹ in qbus nulla noua fiunt: sed repetūtur eadem quę fuerūt? Si aūt et hęc nouitas ab ordīatiōe diuīę ꝓuidentię nō excludr̄: siue elata sit aīa siue lapsa sit: possunt fieri noua quę neqz ātea fcta sint: nec tn̄ a rerū ordine aliena sint. Et si potuit aīa ꝑ īprudentiā facere sibi nouā miseriā quę nō eēt īprouisa diuīę ꝓuidentię: ut hāc quoqz in rerū ordinē includeret: et ab hac eam nō improuide libaret: qua tandē temeritate hūanę uāitatis audem⁹ negar̄ diuītatem facere posse res nō sibi sz mūdo nouas: q̄s neqz antea fecerit nec unq̄ habuerit īprouisas? Si aūt dicūt libatas qdez aīas ad miseriā nō reuersuras: sz cū hoc fit ī reb⁹ nihil noui fieri: qm̄ sp alię atqz alię libatę sūt et libāt̄ & libabūt̄: hoc certe cōcedūt si ita est nouas aīas fieri: qbus fit & noua miseria & noua libatio. Nam si antiquas eas dicūt eē & retrorsuz sempiternas: et ex qb⁹ quotidie noui fiāt hoīes: de quoꝝ corpibus si sapiēter uixerint ita liberent̄ ut nūq̄ ad miserias reuoluant̄: cōseq̄ter dicturi sunt infinitas. Quātuslibet nanqz finit⁹ numerus fuissz aīaꝝ: īfinitis retro sęculis sufficere non ualeret: ut ex illo sp hoīes fierent quoꝝ essent aīę ab ista semp mortalitate libandę: nūq̄ ad eā deinceps rediturę. Nec ullo mō explicabūt: qūo in rebus quas đo notas eē eo qꝫ sint infinitę nō uolūt: infinit⁹ sit numer⁹ aīaruz. Quapꝓpter qm̄ circuit⁹ illi iā explosi sunt: qb⁹ ad easdē miserias necessario putabat̄ aīa reditura: qd restat cōueniētius pietati q̄ creder̄ nō esse īpossibile đo: et ea quę nūq̄ fecerit noua facere: et īeffabili pręsciētia uolūtatē mutabilem non hr̄e? Porro aūt utrū aīaꝝ liberatarū nec ulteri⁹ ad miserias rediturarū: numer⁹ possit sp augeri: ipi uiderint q de rerū nouitate cohibēda tam subtiliter disputāt. nos ů rōcinatiōez nr̄am ex utroqz latere termīam⁹. Si eniz pōt: qd causę est ut neget̄ creari potuisse qđ nunq̄ antea creatū esset: si liberataruz aīaꝝ numer⁹ q nunq̄ antea fuit non soluz fact⁹ est semel: sed fieri nunq̄ desinet? Si aūt oportet ut certus sit libatarū aliquis numerus aīmaꝝ quę ad miseriam nunq̄ redeant: neqz iste numer⁹ ulteri⁹ augeat̄: etiam ipe sine dubio qcūqz erit ante utiqz nunq̄ fuit: qui profecto crescere et ad suę q̄titatis terminū ꝑuēire sine aliq̄ nō possz inicio. Quod iniciū qm̄ antea nunq̄ fuit: hoc g̊ ut esset: creatus est homo ante quē nullus fuit.

Capl'm. xxi.

HAc igit̄ qōne difficilima: propter ęternitatē dei noua creātis sine nouitate aliq̄ uoluntatis q̄tū potuimus explicata: non ē arduū uidere multo fuisse melius qđ factū est: ut ex uno hoīe quem ꝑmū condidit multiplicaret gen⁹ hūanū: q̄ si id īchoasset a plurib⁹. Nā cū aīantes alias solitarias & quodāmō soliuagas id ē quę solitudinem magis appetant: sicuti sunt aq'ę: milui: leones: lupi: et quęcūqz alia ita sunt: alias ů greges instituerit: quę congregatę atqz in gregibus malint uiuere: ut sunt colūbę: sturni: cerui: damulę: et cętera huiusmōi: utrūqz tn̄ genus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non ex singulis ꝓpagauit: sꝫ plura simul iussit existere. Hoīem ū cui⁹ naturā q̄dā-mō mediā inter āglos bestiasq; cōdebat: ut si creatori suo tanq̄ uero dño subditus pręceptū ei⁹ pia obedientia custodiret: in consortium trāsiret angelicū: sine morte media btām īmortalitatez sñ ullo termīo consecut⁹. Si aūt dñm deū suū liba uolū-tate supbe ac inobediēter usus offēderet: morti addict⁹ bestialiter uiueret libidīs seruus: ęternoq; p⁹ mortē supplicō desti-nat⁹: unū ac singl'm creauit: nō utiq; solū sine hūna societate deserendū: sꝫ ut eo mō uehementi⁹ ei cōmēdaret̄ ipius societatis unitas uincl'mq; concordię: si nō tm̄ inter se naturę silitudīe: uerū etiā cognationis affectu hoīes nectere nt̄: qñ nec ipaꝫ q̄dez fēmam copulandā uiro sicut ipm̄ creare illi placuit sꝫ ex ipo: ut omne ex hoīe uno diffūderet̄ gen⁹ hūanum. Cap. xxii.

NEc ignorabat ds hoīem peccaturꝝ: & morti iam obnoxiū morituros ꝓpagaturū: eoq; ꝓgressuros pcti īmāitate mortales: ut tuti⁹ atq; pacaci⁹ inter se rō-nalis uoluntatis exptes bestię sui generis uiuerēt: q̄rū ex aquis & terris plurimuꝫ pullulauit exordiū: q̄ hoīes quorū gen⁹ ex uno ē ad cōmēdandā concordiā ꝓpa-gatū. Neq; .n. unq̄ inter se leones aut īter se dracoēs: q̄lia hoīes bella inter se gesse-rūt. Sed p̄uidebat etiā de⁹ gr̄a sua ppl'm pioꝝ in adoptionē uocandum: remissisq; pctis iustificatū spū scō sanctis āgelis in ęterna pace sociandum: nouissīa inimica morte destructa: cui ppl'o esset huius rei cōsideracō ꝓfutura: q̄ ex uno hoīe ds ad cōmendandū hōibus q̄ ei grata sit etiā in pl'ibus unitas: gen⁹ instituisset hūanum.

FEcit g̊ de⁹ hoīem ad Ca. xxiii. imaginē & silitudinē suā. Talem q̄ppe illi aīam creauit: qua per rōem atq; intelligētiā om̄ib⁹ eēt pręstātior aīalibus terrestrib⁹ et natatilib⁹ et uolatilibus: quę mētē hui⁹ mōi nō hr̄ent. Et cū uirū tereno formassꝫ ex puluere: eiq; aīmam qualem dixi: siue quā iā fecerat sufflādo īdidissꝫ: siue poti⁹ sufflando fecisset: eūq; flatū quē sufflando fecit: nā q̄d est aliud sufflare q̄ flatū facere: aīam hoīs eē uoluisset: etiaꝫ cōiugem illi ī adiutoriū generādi: ex ei⁹ latere osse detracto fecit ut ds. Neq; eniꝫ hęc carnali cōsuetudīe cogitāda sunt: ut uidere solem⁹ opifices ex materia q̄cunq; terrena corpalib⁹ mēbris: q̄d artis īdus-tria potuerūt fabricātes. Man⁹ dei potē-tia dei est: q̄ etiā uisibilia inuisibilr̄ opat̄. Sed hęc fabl'osa poti⁹ q̄ uera eē arbitrant̄: qui ūtutē & sapīam dei qua nouit et pōt etiā sine semīb⁹ ipa certa facer̄ semina: ex his usitatis & q̄tidianis meciūt̄ opibus: ea ū quę p̄mit⁹ instituta sūt qm̄ nō nouer̄t infideliter cogitāt: q̄i non hęc ipa quę no-uerūt de hūanis cōceptib⁹ atq; ptubus: si etiā in exptis narrarētur incredibiliora uiderētur, q̄uis & ea ipsa plęriq; magis naturę corpalibus causis q̄ opibus diuīę mentis assignent. Capl'm. xxiiii.

SEd cū his nullū nob est ī his libris negociū: q̄ diuinā mentē facere ul' curare ista non credūt. Illi aūt q̄ Platoni suo credūt: nō ab illo summo ꝺo q̄ fabri-catus ē mūdum: sꝫ ab aliis mīorib⁹ quos q̄dem ipe creauerit pmissu siue iussu eius aīalia fcta eē cūcta mortalia: in q̄bus hō pręcipuū diisq; ipis cognitū teneret locū: si supstitōe careāt qua quęrūt unde iuste uideant̄ sacra & sacrificia facere q̄i cōdi-torib⁹ suis: facile carebūt etiā hui⁹ opīa-tioīs errore. Neq; enī fas est: ulli⁹ naturę q̄libet mīme mortalisq; creatorē suū nisi deū creder̄ ac dicer̄: et añq̄ possit ītelligi. Angeli aūt quos illi ꝺos libēti⁹ appellāt: etiā si adhibēt uel iussi uel pmissi opationē suā rebus quę gignunt̄ in mūdo: tam nō eos dicim⁹ creator̄s aīaliū: q̄ nec agricolas frugū atq; arboꝝ. Capl'm. xxv.

CVm eniꝫ alia sit spēs quę adhibet̄ extrīsec⁹ cuicūq; materię corpali:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sicut opant̃ hoĩes figuli & fabri: atq; id genus opifices q̃ etiã pingũt et effingunt formas similes corpib⁹ aĩaliũ: alia ũ quę intrinsecus efficiẽtes cãs hẽt de secreto et occulto naturę uiuentis atq; intelligentis arbitrio: quę non solũ naturales corpoꝝ spẽs: uerũ etiã ipas aĩantiũ aĩas dum nõ sint facit: supradicta illa spẽs artificibus q̃busq; tribuat̃: hęc aũt altera nõ nisi uni artifici creatori & cõditori deo: q̃ mũdũ ip̃m et anglos sine ullo mũdo et sine ullis angelis fecit. Ab illa.n. ui diuĩa quę oĩm rerũ diuisiua & ut ita dicã effectiua est: quę fieri nescit s3 facere: a q̃ accepit speciẽ cũ mũdus fieret & rotũditas cęli et rotũditas solis: eadẽ ui diuĩa et effectiua quę fieri nescit s3 facere: accepit spẽ3 rotũditas oculi & rotunditas pomi: et cęterę figurę naturales q̃s uidem⁹ in reb⁹ q̃busq; nascẽtibus: nõ extrinsecus adhiberi s3 intima creatoris potẽtia q̃ dixit: cęlũ & terram ego impleo: et cui⁹ sapĩa est quę actingit a fine usq; ad finẽ fortiter: et dispõit oĩa suauiter. Proinde facti p̃mitus angeli si hui⁹ mõi ministeriũ prębuerunt creatori cętera faciẽti: nescio. nec tribuer̃ ill' audeo q̃d forte nõ possunt: nec debeo derogare q̃d possũt. Creationẽ tñ conditionẽq; oĩm naturaꝝ: qua fit ut oĩo naturę sint eis q̃q; fauẽtib⁹ nõ faciẽtibus: illi deo tribuo cui se etiã ipsi debere q̃ sunt cũ gr̃aꝝ actione nouerũt. Non solũ ḡ agricolas nõ dicim⁹ fructuũ quorũq; creatores: cũ legamus neq; q̃ plantat ẽ aliq̃d neq; q̃ rigat: s3 qui incremẽtũ dat deus: s3 ne ip̃am q̃dẽ terrã q̃uis mr̃ oĩm fęcũda uideat̃: quę germĩbus erũpentia ꝓmouet & fixa radicibus cõtinet: cũ ibidẽ legam⁹ d̃s illi dat corp⁹ q̃uo uoluerit: et unicuiq; seminũ ꝓpriu3 corp⁹. Ita nec fęĩam sui puerpii creatricẽ appellare debemus: s3 poti⁹ illũ q̃ cuida3 suo famlo dixit: p̃usq̃ te formarẽ ĩ utero noui te. Et quãuis aĩma sic uel sic affecta pręgnãtis ualeat aliq̃bus uelut induere qualitatibus fętũ: sicut de uirgis uariatis fecit Iacob ut pecora colore uario gignerent̃: natura tñ illa quę gignit̃ tam ip̃a nõ fecit q̃ nec ip̃a se fecit. Quęlibet igit̃ corpales uel seminales causę gignẽdis rebus adhibeant̃: siue opationibus anglõꝝ aut hoĩm aut quorũcũq; aĩalium: siue mariũ fęĩarũq; mixtiõib⁹: quęlibet etiã desideria mot⁹ ue aĩę mr̃is ualeant aliq̃d liniamẽtoꝝ aut coloꝝ aspergere teneris mollibusq; cõceptibus: ipsas oĩo naturas quę sic uel sic in suo genere afficiant̃: nõ facit nisi summ⁹ d̃s: cui⁹ occulta potentia cũcta penetrans incõmutabli pręsentia facit eẽ quidq̃d aliq̃ mõ est: in q̃ntũcunq; est: q̃a n̄ faciẽte illo ut tale uel tale eẽt: prorsus esse nõ posset. Quapropter si ĩ illa specie quã forinsec⁹ corpalib⁹ artifices reb⁹ ĩponũt: urbem romã & urbem alexandriã: non fabros et architectos s3 reges quoꝝ uoluntate consilio & impio fabricatę sunt. illã Romulũ illã Alexandrũ hũisse dicimus cõditor̃s: q̃to poti⁹ nõ n̄ deũ debem⁹ cõditorem dicere naturarũ: q̃ neq; ex ea materia facit aliq̃d quam ipse nõ fecerit: nec oparios hẽt n̄ quos ipse creauerit: et si potẽtiam suã ut ita dicam fabricatoriã rebus subtrahat: ita nõ erũt sicut ãtea q̃ fierẽt nõ fuerũt? Sed añ dico: ęternitate non tpe. Quis.n. alius creator est tp̃m: n̄ q̃ fecit ea quoꝝ motib⁹ currerẽt tẽpora?

Ita sane Plato mĩores Ca.xxvi.
et a summo deo factos d̃os effectores eẽ uoluit aĩaliũ cęteroꝝ: ut ĩmortalẽ ptẽ ab ip̃o sumerẽt: ip̃i ũ mortalẽ actexerẽt. Proinde aĩaꝝ nostrarũ eos creatores eẽ noluit s3 corpoꝝ. Vnde q̃m Porphirius ꝓpter aĩę purgationẽ dicit oĩne corpus fugiẽdum: simulq; cũ suo Platone aliisq; platõicis sentit: eos q̃ ĩmoderate ac inhoneste uixerint propter luẽdas pęnas ad corpa redire mortalia: Plato q̃dem etia3 bestiarũ: Porphiri⁹ tm̃mõ ad hoĩm: seq̃t̃ eos ut dicant d̃os istos quos a nob̃ uolũt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſubiugat natiõibus dñandi libido dãñ: ín hac ſe-uiunt mutuicem ĩ caritate & pre-poſiti cõſulendo: et ſubditi obtempando. Illa ín ſuis potentib⁹ diligit uirtutẽ ſuã: hec dicit deo ſuo: diligã te dñe uirt⁹ mea. Ideoq; ín illa ſapiẽtes eius ſecm homínẽ uiuentes: aut corporis aut aĩmi ſui bona aut utriuſq; ſecuti ſunt: aut q potuerunt cognoſcere deũ non ut deũ honorauerũt aut gr̃as egerũt: ſz euanuerũt ín cogitationibus ſuis: et obſcuratum eſt ínſipiens cor eor. Dicentes enĩ ſe eſſe ſapiẽtes: id ẽ domínãte ſibi ſupbia ín ſua ſapientia ſeſe extollẽtes: ſtulti facti ſunt: et ĩmutauerũt gloriam ícorruptibilis dei ín ſilitudínẽ imagínis corruptibilis hoĩs: et uolucruz & q̃drupedũ et ſerpentium. Ad huiuſcemodi enĩ ſimulacra adoranda: uel duces popl'or uel ſectatores fuerũt: et coluerũt atq; ſeruierũt creaturę potius q̃ creatori qui eſt benedictus ín ſęcula. In hac autez nulla eſt homis ſapientia: niſi pietas qua recte colit uerus deus: id expectãs premium ĩ ſocietate ſanctor: non ſolũ hoĩm uerum etiã & angelor: ut ſit deus omia ín omnibus. Amen. AVRELII·AVGVSTINI·DE·CIVITATE·DEI LIBER·XV·INCIPIT.



Et felicitate paradiſi uel de ipo paradiſo: & de uita ibi primor hoĩm eorũq; peccato atq; ſupplicio: multa multa ſenſerũt: multa dixerũt: multa ĩis mandauerũt. Nos quoq; ſcdm ſcripturas ſacras: uel quod ín eis legimus: uel qđ ex eis íntelligere potuimus: eas congruentes auctoritati de his rebus ín ſuperioribus libris diximus. Enucleand⁹ aũt ſi iſta querant̃: multiplices atq; multímodas parturit diſputatiões: quę pluribus ínſerẽdę ſunt uoluminibus: q̃ hoc opus tempuſq; depoſcit. Quod nõ ita largũ habemus: ut ín oĩb⁹ quę poſſũt requirere otioſi & ſcrupuloſi: paratores ad ínterrogandum q̃ paratores ad íntelligendũ: nos oporteat ímorari. Arbitror tamẽ ſatis nos iã feciſſe magnis & difficillímis queſtiõibus: de ímo ul' mũdi ul' aię: uel ipius generis hũani. quod ín duo genera diſtribuímus. unũ eor qui ſcdm hoĩem: alterũ eor qui ſcdm deũ uiuunt. quas etiam míſtice appellamus ciuitates duas: hoc eſt duas ſocietates hoĩm. quar eſt una quę pdeſtinata ẽ ín ęternũ regnar̃ cum deo: altera ęternũ ſupplitiũ ſubire cũ diabolo. Sed iſte fínis eſt ear. de quo p⁹ loquendum eſt. Nunc autẽ qm̃ de exortu ear: ſiue ín anglis quor numer⁹ ignorat̃ a nobis: ſiue ín duobus primis hõib⁹ ſatis dictũ eſt: iã mihi uidẽ ear aggr̃diendus excurſus: ex quo illi duo generare cępũt donec hoĩes generare ceſſabunt. Hoc enĩ uniuerſum tpus ſiue ſcl'm: ín q̃ cedũt morientes ſuccedũtq; naſcentes: iſtar duar ciuitatũ de qbus diſputam⁹ excurſus eſt.

NAtus ẽ g̃ por Cayn ex illis duob⁹ generis hũani pnt̃ibus: primens ad hoĩm ciuitatẽ: posterior Abel ad ciuitatem dei. Sicut enĩ ín uno hoĩe qđ dixit apls expimur: qa non primum quod ſpũale eſt ſz qđ aiale: poſtea ſpũale: unde unuſq;q; qm̃ ex dãnata ppagíne exorit̃: primo fit neceſſe ẽ ex Adam malus atq; carnalis: cp ſi ín xp̃o renaſcẽdo pfecerit: poſt bon⁹ & ſpũalis: ſic ĩ uniuerſo genere hũano cũ primũ duę iſtę cęperũt naſcendo atq; moriendo pcurrere ciuitates: prior eſt natus ciuis hui⁹ ſęculi: poſteriꝰ autẽ iſto pegrinus ín ſęculo: et ptinẽs ad ciuitatem dei gr̃a prędeſtinatus: gr̃a elect⁹: gratia peregrinus deorſum: gratia ciuis ſurſum. Nam quantũ ad ipm actinet: ex eadem maſſa orit̃ quę originaliter ẽ tota damnata: ſed tanq; figulus deus: hanc.n. ſilitudinem nõ imprudenter ſz prudẽter ínterducat apoſtol⁹: ex eadẽ maſſa fecit aliud uas ĩ honorem: aliud ĩ contumeliã.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Prius aũt factũ est uas ín contumeliam; post uero alterũ ín honorẽ. qa & ín ipso uno sicut iam dixi hoïe ꝑus est reprobũ: unde necesse est íncipiamus & ubi nõ est necesse ut remaneamus: posterius ũ ꝑbũ quo ꝑfruẽtes ueniamus: et quo puenientes maneamus. Proínde nõ qdem oĩs homo malus erit bonus. nemo tamẽ erit bonus qui nõ erat malus. Sed q̃nto quisq; citius mutat̃ ín melius: hoc ín se facit nomínari quod apprehendit celerius. et posteriore cooperit uocabl'm ꝑus. Scriptum est itaq; de Cayn q̃ condidit ciuitatem: Abel aũt tanq̃ pegrínus non condidit. supna ẽ enĩ sanctoꝝ ciuitas q̃uis hic pariat ciues: ín qbus pegrínat̃ donec regni eius tempus aduenìat: cũ cõgregatura est oẽs ín suis corporibus resurgentes: qñ eis ꝑmissum dabit̃ regnum: ubi cũ suo príncipe rege seculoꝝ sine ullo temꝑis fíne regnabunt. Vmbra sane quędam ciuitatis huius & ímago prophetica: et significandę potius q̃ prędentandę seruiuit ĩ terris: quo eam tempe demonstrari oportebat. et dicta ẽ enã ip̃ i ciuitas sancta merito sígnificãtis imagínis: nõ expręssę sicut futura ẽ ueritatis. De hac imagíne seruiente: et de illa quã significat libera ciuitate: sic apostol9 ad galathas loquit̃. Dicite mihi ínqt. sub lege uolẽtes eẽ legem nõ audistis? Scr̃ptũ est. n. q̃ Abraam duos filios habuit. unũ de ancilla: et unũ de libera. Sed ille qdem qui de ancilla secũdm carnem natus est: qui aũt de libera ꝑ repromissionem. quę sunt ín allegoria. Hęc enĩ sunt duo testamẽta. Vnum qdem a monte syna: ín seruitutẽ generans quę est Agar. Syna enĩ mons ẽ ín arabia: qui coniunctus ẽ huic quę nũc hierl'm: seruit enĩ cum filiis suis. Quę aũt sursum est hierl'm libera est: quę est mater nostra. Scriptũ est enĩ. Lętare sterilis quę non paris: erũpe et exclama quę nõ parturis. qa multa filii desertę: magis q̃ eius quę habet uirũ. Nos autẽ frẽs ſm Ysaac promissionis filii sumus. Sed sicut tunc q̃ secũdm carnem natus fuerat: ꝑsequebat̃ cũ qui secũdm spm̃: ita & nunc. Sed quid dicit scr̃ptura? Eice ancillam & filiũ eius. Non enĩ heres erit filius ancillę: cũ filio liberę. Nos aũt fratres non sumus ancillę filii: sz liberę. qua libertate xp̃us nos liberauit. Hęc forma ítelligẽdi de apostolica auctoritate descendens: locum nobis aperit q̃admodum scr̃pturas díuinoꝝ testamẽtoꝝ ueteris & noui accipe debeam9. Pars enĩ quędam terrenę ciuitatis: ímago cęlestis ciuitatis effecta est: non se ſignificando sz alteram: et ideo seruiens. Neq; enĩ ꝑpter seipam: sed ꝑpter aliam ſignificãdam est ínstituta. et precedente alia significatõne et ipam prefigurãs prefigurata ẽ. Namq; Agar ancilla Sarę: eiusq; filius: ímago quędam bui9 ímagínis fuit. Et quoniam transiturę erant umbrę luce uẽiente: ideo dicit l'ba Sara sig̃ficabat l'bam ciuitatez: cui rursus alio modo ſignificãdę enã illa umbra seruiebat. Eice ancillã & filiũ ei9. Non enĩ heres erit filius ancillę: cum filio meo Ysaac. quod ait apl's cũ filio liberę. Inuenimus ergo ĩ terrena ciuitate duas formas. unã suã preſentiã demõstrantez: alteram cęlesti ciuitati sig̃ficandę sua preſentia seruientẽ. Parit autẽ ciues terrenę ciuitatis peccato uiciata natura: cęlestis uero ciuitatis ciues parit a pcto naturam liberans gr̃a. unde illa uocãtur uasa irę: ista uasa misericordię. Significatum est hoc enã ín duobus filiis Abrae: q̃ un9 de ancilla quę dicebat̃ Agar secũdm carnem natus est Ysmael: alter autẽ est de Sara libera secũdm repromissionem nat9 Ysaac. Vterq; qdem de semíne Abrae. sed illum genuit demonstrans consuetudo naturã: istũ uero dedit promissio signficãs gr̃az. Ibi hũanus usus ostendit̃: hic díuínum beneficium cõmendat̃.

Caplm .iii.

SAra qppe sterilis erat. et despatiõe prolis saltem de ancilla sua concu-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

piſcens habere: quod de ipſa non ſe poſſe cernebat: dedit eã fętãdam uiro: de quo parẽ uoluerat nec potuerat. Exegit itaq; etiã ſic debitum de marito: utens iure ſuo in utere alieno. Natus eſt g̃ Yſmael ſicut naſcunt̃ hoĩes: pmixtione ſexus utriuſq; uſitata lege naturę. Ideo dictum eſt ſcd̃m carnem. non q̃ iſta benefita dei non ſint: aut non illa operetur deus: cuius opifex ſapiẽtia actingit ſicut ſcptũ eſt a fine uſq; ad finẽ fortiter: et diſponit oĩa ſuauiter: ſed ubi ſignificãdum fuerat dei donũ qđ indebitũ hõibus gratis gratia largiret̃: ſic oportuit dari filiũ: q̃ admodũ nature non debebat̃ excurſib9. Negat. n. natura iam filios tali cõmixtioni maris et fęmiĩę: qualis eſſe poterat Abrae & Sarę in illa iã ętate: etiã mulieris accedẽte ſterilitate quę nec tũc parere potuit: q̃ndo non ętas fęcũditati: ſ ętati fęcũditas defuit. Quod ergo naturę ſic affectę fruct9 poſteritatis non debebat̃: ſignificat q̃ natura generis humani peccato uiciata: ac per hoc iure damnata: nihil uerę felicitatis in poſterũ mereba t̃. Recte igit̃ ſignificat Yſaac per repromiſſionem natus: filios gratię ciues ciuitatis liberę: ſonos pacis ętern̄e. ubi ſit non amor proprię ac puatę quodãmodo uolũtatis: ſed cõmuni eodemq; imutabili bono gaudens: atq; ex multis unum cor faciens: id ẽ pfecte facta concors obedia caritatis. Capitl'm .iiii.

TErrena porro ciuitas quę ſempiterna nõ erit: neq; enĩ cũ in extremo ſupplitio damnata fuerit iam ciuitas erit: hic habet bonũ ſuum cuius ſocietate letatur: qualis eẽ de talibus rebus lętitia poteſt. Et q̃m non eſt tale bonũ ut nullas anguſtias fugat amatoribus ſuis: ideo ciuitas iſta aduerſus ſeipſam plerunq; diuidit̃. litigãdo: bellãdo atq; pugnãdo: et aut mortiferas aut certe mortales uictorias reqrẽdo. Nam ex quacũq; ſui pte aduerſus alteram ſui ptem bellando furrexerit: quęrit eſſe uictrix gentium: cum ſit captiua uictioy. Et ſiqdem cum uicerit̃ ſupbi9 extollit̃: etiã ſic mortifera. Si uero conditõnem cogitans caſuſq; coẽs: magis quę accidere poſſũt aduerſis angit̃: q̃ eis quę prouenerũt ſecũdis rebus inflatur: tantũmõ mortalis eſt iſta uictoria. Neq; enĩ ſemp domiari poterit̃ pmanendo: eis quos potuerit̃ ſubiugare incendo. Non aũt recte dicunt̃ ea bona non eẽ quę concupiſcit hęc ciuitas: q̃ndo eſt & ipa in ſuo genere hũano melior. Concupiſcit enim terrenam quãdam ꝑ rebus infimis pacẽ. ad eam nãq; deſiderat puenire bellando. Quoniã ſi uicerit & q reſiſtat nõ fuerit: pax erit quã non habebant pres inuicem aduerſantes: et pro his rebus quas ſimil' habere nõ poterant infęlici egeſtate certantes. Hanc pacem requirunt laboriosa bella: hanc adipiſcũt̃ que putãt̃ gloriosa uictoria. Quãdo autem incũt qui cauſa iuſtiore pugnabant: qs dubitet gratulãdam eſſe uictoriam: et ꝑ uemiſſe optabilẽ pacem? Hęc bona ſunt: et ſine dubio dei dona ſunt. Sed ſi neglectis meliorib9 quę ad ſupnam pertinent ciuitatem: ubi erit uictoria in ętern̄a & ſumma pace ſecura: bona iſta ſic concupiſcunt̃: ut uel ſola eſſe credant̃: uel his quę meliora credunt̃ amplius diligant̃: neceſſe ẽ miſeria conſeqũt̃: et quę merat augeat̃. Caplm .v.

PRimus itaq; fuit terrenę ciuitatis cõditor fratricida. nam ſuũ fratrẽ ciuem ciuitatis ętern̄e in hac terra pegrinantem: inuidentia uictus occidit. Vnde mirandũ non eſt: q̃ tanto p9 in ea ciuitate cõdenda quę fuerat hui9 terrenę ciuitatis de qua loqmur caput futura: et tã multis gẽtibus regnatura: huic ꝑmo exemplo et ut greci appellant archetypo: quędam ſui generis imago reſpondit. Nam et illic ſicut ipm facimus qdaz poeta cõmẽorauit illoy. Fraterno primi maduere ſanguine muri. Sic emiz condita eſt roma: quando

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

occisu; Remū a fr̄e Romlo romana testat̄ historia. n̄ q̄ isti terrenę ciuitatis ambo ciues erāt: et ambo gl̄iam de romāę reipublicę institutōe quęrebant: s; ambo eā tantā q̄tam si unus eēt hēre nō poterant. Qui enī uolebat dn̄ando gloriari: minus utiq; dn̄aret̄: si ei9 potestas uiuo consorte minueretur. Vt g̊ totā dn̄ationem hēret unus: ablat9 est sotius. et scelere creuit in peius: qd̄ innocentia minus eēt in meli9. Hi aūt fr̄es Cayn et Abel: nō hēbant ābo inter se similē rerū terrenarū cupiditatē. nec ī hoc alter alteri inuidit: q̄ ei9 dn̄atus fieret angustior q̄ alterū occidit: si ambo dn̄arent̄. Abel q̄ppe nō quęrebat dn̄ationem in ea ciuitate quę condebat̄ a fratre: sed inuidētia illa diabolica qua inuident bonis mali: nulla alia causa est nisi q̄a illi boni sunt: illi mali. Nullo enī mō fit mīor accedente seu p̄manēte consorte possessio bonitatis. imo possessio bonitatis tāto fit latior: quanto concordior eaꝫ indiuidua sotioꝝ possidet caritas. Non hēbit deniq; istā possessionem: q̄ eam noluerit habere coēm. Et tanto eā reperiet ampliorē: q̄to amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter Remum & Romulum exortum ē: quemadmodum aduersus seip̄am terrena ciuitas diuidatur ostendit. quod aūt inter Cayn & Abel: inter duas ip̄as ciuitates dei & hominuꝫ inimicitias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali et mali. item pugnant inter se boni & mali. boni uero et boni: si perfecti sunt inter se pugnare non possunt. Proficientes autem nondum perfecti: ita possūt: ut bonus quisq; ex ea p̄te pugnet contra alterum: qua etiam contra semetipsum. Et in uno quippe homine caro cōcupiscit aduersus spiritum: et spirit9 aduersus carnem. Concupiscentia g̊ sp̄ualis cōtra alterius potest pugnare carnalem: uel concupiscentia carnalis contra alteri9 spiritualē: sicut inter se pugnant boni & mali. uel certe ip̄ę cōcupiscentię carnales inter se duoꝝ bonoꝝ nondū utiq; p̄fc̄torum: sicut inter se pugnant mali & mali: donec eoꝝ q̄ curant̄ ad ultimā uictoriaꝫ sanitas perducat̄.

Capitl̄m .vi.

LAnguor est quippe iste: id est illa inobedientia de qua in libro decimoquarto disseruimus: p̄mę inobediētię supplitium. et ideo non natura sed uiciū. Propter quod dicit̄ profitiētibus bonis: et ex fide in hac peregrinatōe uiuentib9: inuicem onera uestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Item alibi dicitur. Corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad omnes: uidete ne quis malum ꝓ malo alicui reddat. Item alio loco. Si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in sp̄ū mansuetudinis: intēdens teipsum ne & tu tempteris. Et alibi. Sol non occidat sup̄ iracūdiam uestrā. Et in ęuāgelio. Si peccauerit ī te frater tuus: corripe eū inter te & ip̄m. Item de peccatis in q̄bus multorum cauetur offensio sic apostolus dicit. Peccantes coram om̄ibus argue: ut & cęteri timorem habeant. Propter hoc et de uenia inuicem danda multa pręcipiuntur. et magna cura ꝓpter tenendam pacem sine qua nemo poterit uidere deū. ubi ille terror quādo iubetur seruus .x. milium talentorū reddere debita quę illi fuerant relaxata: q̄m debitum denarioꝝ centum conseruo suo non relaxauit. Qua silitudine proposita: dn̄s adiecit atq; ait. Sic & uobis faciet pater uester celestis: si non dimiseritis unusquisq; fratri suo de cordib9 uestris. Hoc modo curant̄ ciues ciuitatis dei in hac terra pegrinantes: et paci sup̄nę p̄rię suspirātes. Sp̄ūs aūt sc̄ūs opat̄ intrinsec9: ut ualeat aliq̄d medicina quę adhibet̄ extrinsec9. Alioq̄n etiā si d̄s ipse utens creatura sibi subdita: in aliqua spetie hūana sensus alloquat̄ humanos:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

siue istos corporis: siue illos quos istis simillimos hēmus in somnis: nec interiore gr̄a mentem regat atq; agat: nihil ꝓdest homini omnis prędicatio ueritatis. Facit aūt hoc d̄s: a uasis misericordię irę uasa discernens: dispensatione qua ipse nouit multū occulta: sed tamen iusta. Ip̄o q̄ppe adiuuante mirabilib9 & latentib9 modis: cū peccatū q̄d habitat in mēbris nostris: quod sic peccatū est ut sit etiaz pęna pc̄ti: sicut apostolus pręcipit nō regnat in nr̄o mortali corpore ad obediendū desideriis eius: nec ei membra nostra uelut iniq̄tatis arma exhibemus: conuertit̄ ad mentem nō sibi ad mala deo regente consentientē: et eam regēs tranq̄llius nūc: hēbit postea sanitatem perfectam: atq; immortalitate percepta homo sine ullo peccato ī ęterna pace regnabit. Capl'm .vii.

SEd hoc ipsum quod sicut potuim9 exposuimus: cū deus locutus esset ad Cayn: eo modo quo p̄mis hōibus per creaturam subiectam uelut eorum sotius forma cōgrua loquębat̄: quid ei ꝓfuit? Nonne conceptū scelus in necādo fratre: etiam post uerbum diuinę admonitionis impleuit? Nam cū sacrifitia discreuisset amboꝝ: in illius respitiēs. hui9 despitiēs: quod nō dubitandū est potuisse cognosci signo aliquo actestāte uisibili: et hoc ideo fecisset deus q̄a mala erant opa eius: fr̄is uero ei9 bona: tontristat9 est Cayn ualde: et concidit facies eius. Sic enī scp̄tum est. Et dixit domin9 ad Cayn. Quare tristis factus es: et q̄re cōcidit facies tua? Nōne si recte offeras recte autem non diuidas: statim in forib9 peccatū aderit? Peccasti. quiesce. ad te enī conuersio eius: et tu dominaberis illius. In hac admonitiōe quā deus ꝓtulit ad Cayn: illud quod dictum est nōne si recte offeras recte autem non diuidas peccasti: quia non elucet cur uel unde sit dictū: multos sensus pepit eius obscuritas: cum diuinaꝝ scp̄turaꝝ quisq; tractator scd̄m fidei regulam id conatur exponere. Recte q̄ppe offert̄ sacrifitium: cū offertur deo uero: cui uni tantūmodo sacrificandū est. Non aūt recte diuidit̄: dum nō discernunt̄ recte uel loca ul' tpa: uel res ip̄ę quę offerunt̄: ul' qui offert uel cui offert̄: ul' hi q̄bus ad uescendū distribuitur quod oblatum est: ut diuisionem intelligamus hic discretionem: siue cum offertur ubi non oportet: aut q̄d non ibi sed alibi oportet: siue cū offert̄ quādo nō oportet: aut q̄d non tūc sz alias oportet. Siue cū id offert̄ q̄d nusq̄ et nunq̄ penit9 debuit: siue cū electōra sibi eiusdē generis rerū tenet hō: q̄ sūt ea quę offert d̄o: siue cū eius rei quę oblata est fit particeps ꝓphanus: aut q̄libet quē fas nō est fieri. In q̄rū aūt hoꝝ d̄o displicuerit Cayn: facile non potest inueniri. Sed q̄m Iohēs apl's cū de his fr̄ibus loquęret̄: nō sicut Cayn inq̄t: q̄ ex maligno erat & occidit fratrez suū. et cuius rei gratia occidit eū: q̄a opa illius maligna fuerūt: fratris autē illius iusta. dat̄ intelligi ꝓpterea nō respexisse deum in munera eius: quia hoc ip̄o male diuidebat: dans deo aliq̄d suum: sibi aūt seip̄m. Quod omēs faciūt qui non dei sed suam sectantes uolūtatem: id ē non recto sed peruerso corde uiuētes: offerūt deo tantū munus quo putant eum redimi: ut eoꝝ non opitulet̄ sanandis prauis cupiditatibus sz explēdis. Et hoc est ꝓprium terrenę ciuitatis: deū uel deos colere: q̄b9 adiuuātibus regnet in uictoriis & pace terrena: nō caritate consulendi sz dn̄andi cupiditate. Boni q̄ppe ad hoc utunt̄ mūdo: ut fruant̄ deo. mali autem contra ut fruant̄ mūdo: uti uolūt deo. qui tamē eū uel esse uel res hūanas curare iā credūt. sunt enī multo deteriores q̄ nec hoc q̄dez credūt. Cognito itaq; Cayn: q̄ super eius germani sacrifitiū nec sup suū respexerat deus: utiq; fr̄em bonū mutat9 imitari: nō elatus debuit ęmulari. Sed q̄a cōtristat9

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eſt & concidit uultus eius: hoc peccatum maxīe arguit deus. triſtitiam de alterius bonitate: et hoc frīs. Hoc qppe arguēdo interrogauit dicēs. Quare cōtriſtat9es: & quare concidit facies tua? Quia enim fratri inuidebat: deus uidebat: et hoc arguebat. Nam hōibus qbus abſconditum eſt cor alterius: eſſe poſſet ambiguum & prorſus incertum: utrū illa triſtitia malignitatem ſuam in qua se do diſplicuiſſe didicerat: an fratris doluerit bonitatem quę deo placuit: cum in ſacrificium eius aſpexit. Sed rōnem reddens deus cur ei9 oblationem accipere noluerit: ut ſibi ipſe potius merito q̄ ei īmerito frater diſpliceret: cū eſſet iniuſtus nō recte diuidēdo: hoc eſt nō recte uiuendo: et indign9 cui9 approbaretur oblatio: q̄ eēt iniuſtior q̄ frem iuſtum gratis odiſſet oſtendit. Non tamen eū dimictens ſine mandato ſancto uiſto & bono. Quieſce inquit. ad te enim conuerſio ei9: et tu dñaberis illius. Nūqd fratris? Abſit. Cuius igitur miſi peccati? Dixit enī peccaſti. tamē deinde addidit: quieſce. ad te enī conuerſio eius: et tu dominaberis illius. Poteſt qdem ita ītelligi: ad ipſum hoiem cōuerſionem eſſe debere peccati: ut nulli alii q̄ ſibi ſciat tribuere debeā q̄ pēcat. Hęc ē. n. ſalubris pęnitētię medicina: et uenię petitio non incōgrua. ut ubi ait ad te enim conuerſio eius: non ſubaudiat erit: ſed ſit pręcipientis uidelz non prędicentis modo. Tunc enī dñabit quiſq; peccato: ſi id ſibi non defendendo propoſuerit: ſz pęnitēdo ſubiecerit. Alioquin & illi ſeruiet dñanti: ſi patrocinium adhibuerit accidēti. Sed ut pēm intelligatur cōcupiſcentia ipſa carnalis de qua dicit apoſtolus: caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄: in cuius carnis fructib9 et inuidiam commemorat: qua utiq; Cayn ſtimulabat & accendebatur in fratris exitium: bene ſubaudit erit. id eſt ad te eni conuerſio ei9 erit: et tu dominaberis illius. Cum enim commota fuerit pars ipſa carnalis: quaz peccatū appellat apls ubi dicit: non ego operor illud ſz quod habitat in me pēm: quā prem animi etiā phi dicit eē uicioſaz: nō quę mētem debeat trahere: ſz cui mens debeat impare: eamq; ab illicitis opibus rōne cohibere: cū ergo cōmota fuerit ad aliq̄d pperam commictēdum: ſi acqeſcat & obtempet dicēti apło: ne exhibueritis membra uestra arma iniquitatis pēto: ad mētem domita & uicta conuerat: ut ſubdite rano dñetur. hoc pręcepit deus huic qui facibus inuidię inflamabat in frem. et quē debuerat imitari cupiebat auferr. Quieſce inquit: manus ab ſcelere cōtine. Non regnet pēm in tuo corpore mortali ad obediēdū deſideriis ei9. nec exhibeas membra tua inigtatis arma peccato. Ad te enī cōuerſio eius: dum non adiuuatur relaxando ſed quieſcendo frenat. Et tu dominaberis illius. ut cū forinſecus non permictitur operari: ſub poteſtate mētis regentis & bene uolentis aſſuefcat etiam intrinſecus non moueri. Dictum eſt tale aliq̄d in eodē diuino libro et de muliere. quādo poſt pēm deo interrogante atq; iudicāte: damnatoīs ſententias accepit. in ſerpente diabolus: et in ſeipſis illa & maritus. Cum enī dixiſſet ei: multiplicās multiplicabo triſtitias tuas & gemitum tuum: et in triſtitiis paries filios: deinde addidit: et ad uirū tuū conuerſio tua: et ipſe dñabit tui. Quod dictū eſt ad Cayn de pēto ul' de uicioſa carnis cōcupiſcentia: hoc iſto in loco de peccatrice femina. ubi intelligēdū eſt uirū ad regendaz uxorē: aio carnem regenti ſimilem eē oportere. Propter qd̄ dicit apls. Qui diligit uxorē ſuam: ſeipm̄ diligit. Nemo enī unq̄ carnē ſuam odio habuit. Sananda ſunt enī hęc ſicut noſtra: non ſicut aliena damnanda. Sed illud dei pręceptum Cayn ſicut preuaricator accepit. Inualeſcēte quippe inuidēq; uicio: fratrem inſidiatus occidit.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Talis erat terrenę cōditor ciuitatis. Quō aūt significauerit etiā Cayn iudeos a qb9 christus occisus est: xp̄m uero magnum pastorem ouiū: pecoꝝ custos p̄figurabat Abel: quia in allegoria ꝓphetica res est: parco nūc dicere. Et quędā hic aduersus Faustum manicheum dixisse me recolo.

NVnc aūt defendenda Cap. viii. uidet̄ mihi historia. ne sit scp̄tura incredibilis quę dicit ędificatam ab uno hoīe ciuitatem: eo tempe quo non plus q̄ uiri q̄tuor ul' potius tres postea q̄ frater fratrem occidit fuisse uident̄ in terrand ē p̄mus homo pater oīum: et ip̄e Cayn & eius filius Enoch: ex cui9 noīe ip̄a ciuitas nūcupata est. Sed hoc quos mouet: parū considerant non omēs hoīes qui tunc esse potuerunt: scp̄torem sacrę huius historię necesse habuisse noīare: s; eos solos quos op̄is suscepti ratio postulabat. Propositū q̄ppe scp̄toris illius fuit ꝑ quē sp̄us sanct9 id agebat: per successioēs certaꝝ generationum ex uno hoīe ꝓpagataꝝ peruēire ad Abraam: ac deinde ex eius semīe ad populum dei: in quo distincto a cęteris gentibus pręfigurarent̄ & pręnūtiarent̄ om̄ia quę dę ciuitate cuius ęternum erit regnū: et de rege eius eodemq; cōditore christo in sp̄ū pręuidebantur esse futura. ita ut nec de altera societate hoīm taceret̄ q̄ terrenam dicimus ciuitatem: q̄ntum ei cōmemorandę satis eēt: ut ciuitas d̄i etiā suę aduersarię compatiōe clarescat. Cum igr̄ scp̄tura diuīa ubi & numerū annorū quos illi hoīes uixerunt commemorat ita includat: ut dicat de illo de q̄ loquębatur et genuit filios & filias: et fuerunt omēs dies illius uel illi9 quos uixit anni tot & mortuus est: nunq̄d quia eosdem filios et filias non noīat: iō intelligere nō debem9 per tā multos annos q̄bus tunc in sęculi huius p̄ma ętate uiuebant: nasci potuisse plurimos homines: quoꝝ cętibus condi possent etiā plurīę ciuitates? Sed ꝑtinuit ad deū quo ista inspirante cōscripta sunt: has duas societates suis diuersis generatiōibus p̄mit9 digerere atq; distinguere: ut seorsum hoīum hoc est scd̄m hominem uiuētium: seorsum autem filioꝝ dei id est hoīm scd̄m deum uiuētium generationes contexerent̄ usq; ad diluuiū: ubi ambaꝝ societatum discretio concretioq; narrant̄: discretio q̄dem ꝙ ambarū sepatim generatoēs cōmemorant̄: unius fr̄icidę Cayn: alterius aūtē qui uocabat̄ Seth. Natus q̄ppe fuerat et ip̄e de Adam: pro illo quē frater occidit. Cōcretio aūt: q̄a hoīs ī deteri9 declinātib9 tales uniuersi fc̄ti fuerāt ut diluuio delerent̄: excepto uno iusto cui nomē arat Noe: et eius cōiuge et trib9 filiis: totidemq; nuribus. Qui hoīes octo ex illa oīm uastatōe mortaliū per arcam euadere meruerūt. Quod igit̄ scp̄tum est et cognouit Cayn uxorē suā & cōcipiēs peperit Enoch: et erat ędificās ciuitatem in noīe filii sui Enoch: non ē q̄dem cōseq̄ns ut istū p̄mū filiū genuisse credat̄. Neq; .n. hoc ex eo putandū ē: q̄a dict9 est cog̃uisse uxorem suā: quasi tūc se illi p̄mitus concumbendo miscuisset. Nam & de ip̄o pr̄e oīm Adam: non tūc solū hoc dictū est q̄n conceptus est cayn: quem primogenitum uidet̄ habuisse: uerū etiā posterius eadeꝫ scp̄tura cognouit inq̄t Adam uxorē suā: et concepit & peperit filiū: et nominauit nomē illi9 Seth. Vnde intelligit̄ ita solere illam scp̄turam loqui: quāuis nō semper: cū in ea legit̄ factos hoīm fuisse cōcept9: non tamē solū cū p̄mum sibi sexus uterq; misceret̄. Nec illd̄ necessario ē argumēto: ut p̄mogenitū patri existimemus Enoch: ꝙ eius noīe illa ciuitas nūcupata est. Nō enī ab re est: ut ꝓpter aliquā causam cum et alios hēret: diligeret eum pater cęteris amplius. Neq; enī & Iudas p̄mogenitus fuit: a quo & iudea cognoīata ē et iudei. Sed etiam si conditori ciuitatis illius iste filius p̄mus est natus: non ideo putandū

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eſt tunc a patre condite ciuitati nomẽ eiꝰ impoſitũ qñ natus eſt: qa nec cõſtitui tũc ab uno poterat ciuitas: quę nihil ẽ aliud ꝙ hoĩum multitudo aliq̃ ſocietatis uinclo colligata: ſed cũ illius hoĩs familia tanta numeroſitate creſceret: ut hꝫ tã populi quantitatem: tunc potuit utiq; fieri ut & cõſtitueret: et nomẽ ꝓmogẽiti ſui cõſtitutę imponeret ciuitati. Tam lõga qppe uita illoꝝ hoĩm fuit: ut illic memoratorũ quoꝝ & anni taciti non ſunt: q mínimuꝫ iuxit añ diluuiũ: ad ſeptingẽtos qñq̃gita peruenirẽt. Nam plures nongẽtos ãnos etã tranſierunt. q̃uis nemo ad mille puenerit. Quis itaq; dubitauerit ꝓ uniꝰ hoĩs ętatẽ tantũ multiplicari potuiſſe genus hũanũ: ut eſſet unde cõſtituerẽt nõ una ſꝫ plurimę ciuitates? Quod ex hoc comici facillime põt: qa ex uno Abraã nõ multo amplius q̃dringentis annis numeroſitas hebraicę gẽtis tãta ꝓcreata ẽ: ut ín exitu eiuſdẽ ꝑpli ex egipto: ſexcẽta milia hoĩm fuiſſe referant bellicę uiuẽtium: ut omittꝰ gentẽ ydumeoꝝ nõ ꝓtinentẽ ad ꝑplm iſrael: quẽ genuit frater eius Eſau nepos Abrae: et alias gẽtes natas ex ſemíe ipiꝰ Abrae: non ꝓ Saram cõiugem ꝓcreatas.

QVamobrem nullus Cap. ix. prudẽs rerũ exiſtimator dubitauerit: Cayn nõ ſolũ aliquam uerũ etiam magnã potuiſſe condere ciuitatem: q̃ndo ín tam longũ tempus protendebat uita mortaliũ. míſi forte ínfidelium q̃ſpiam ex ipſa numeroſitate annorũ nobis íngerat queſtionem: qua uixiſſe tũc hoĩes ſcptum eſt i auctoritatibus noſtris: et hoc neget eſſe credẽdum. Ita qppe non credũt: etã magnitudínes corpoꝝ longe ampliores tũc fuiſſe ꝙ nũc ſunt. Vnde et nobiliſſimꝰ eorum poeta Virgilius: de ĩgenti lapide quẽ ín agrorum límite ínfixũ uir fortis illoꝝ tẽpoꝝ pugnãs & rapuit: et cucurrit & íntorſit et immíſit. Vix illum ĩquit lecti bis ſex ceruice ſubirent. Qualia nũc hoĩm producit corpa tellus. Signíficans maiora cũc corpa ꝓducere ſolere tellurẽ. Quãto magis igit̃ tẽporibus recẽtioribꝰ mundi: ante illud nobile diffamatumq; diluuium? Sed de corpoꝝ magnitudie: plerũq; ĩcredulos nudata puetuſtatẽ ſiue per uim flumínũ uarioſq; caſus ſepulcra cõuincũt. ubi apparuerũt uel unde ceciderunt: íncredibilis magnitudínis oſſa mortuoꝝ. Vidi ipe nõ ſolus ſꝫ aliq̃ mecũ ín uticenſi litore: molarem hoĩs dentem tã íngentẽ: ut ſi ín nr̃oꝝ dentiũ modulos mínutatím cõciderẽt: centũ nob uiderẽt facere potuiſſe. Sed illũ gigantis alicuiꝰ fuiſſe crediderimus. Nã pręter qđ erant oĩm multo maiora q̃ noſtra tũc corpa: gigãtes longe ceteris anteibãt. Sicut aliis deínde noſtriſq; tẽpibus rari qdem: ſed nunq̃ ferme defuerũt q modũ alioꝝ plurimũ excederẽt. Plinius ſcdus doctiſſimꝰ homo: q̃to magis magiſq; pręterit ſęcula excurſus: mínora corpora naturam ferre teſtat. Quod etiã Homerũ commemorat ſepe carmie fuiſſe conqueſtũ. nõ hęc uelut poetica figmenta deridens: ſꝫ ita hiſtoricã fidem tanq̃ miraculoꝝ naturalium ſcptor aſſumens. Verũ ut dixi antiquoꝝ magnitudínes corpoꝝ: ínuenta pleríq; oſſa q̃n diuturna ſunt etiã multo poſterioribus ſeculis prodũt: annoꝝ aũt numeroſitas cuiuſq; hoĩs q tẽpibus illis fuit: nullis nũc talibꝰ documẽtis uenire ín expimẽtũ poteſt. Nec tñ ideo fides ſacrę huic hiſtorię deroganda eſt. cuius tanto ĩpudẽtius narrata nõ credímus: q̃nto ĩpleri certius prenũnciata conſpicimus. Dicit tamen etiã idem Plínius: eſſe adhuc gentem ubi ducentos ãnos uiuitur. Si ergo hũanarum uitarum diuturnitates quas experti non ſumus: hodie habere credunt ínco gnita nobis loca: cur non habuiſſe credant & tempa? An uero eſt credibile alicubi eſſe qđ hic nõ eſt: et íncredibile aliq̃do fuiſſe quod nunc non eſt? Caplm .x.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

QVocirca et ſi ĩter hebreos & nr̃os codices de ipſo numero annorum nõnulla uideẽ eſſe diſtãna: quod ignoro qua rõne ſit factũ: nõ tñ tanta eſt: ut illos hoĩes tam lõgeuos fuiſſe diſſentiãt. Nam ipſe homo p̃mus Adam: anteq̃ gigneret filium qui eſt appellatus Seth: ducentos trigínta uixiſſe annos repiẽ ín codicibus noſtris: ín hebreis aũt centũ trigínta phibeẽ. Sed poſteaq̃ eũ genuit ſeptíngentos uixiſſe legiẽ ín nr̃is: octíngẽtos ũ ín illis. Atq; ita ĩ utriſq; uniuerſitatis ſumma cõcordat: ac deínde p cõſeq̃tes generatoẽs anteq̃ gignaẽ q gigni cõmemoraẽ: mínus uixiſſe apud hebreos patẽ eíus ínueníẽ centũ ànnos. ſed poſteaq̃ eſt genitus: ideꝫ ipſe centũ mínus q̃ ín hebreis ínueniunẽ ín noſtris. Atq; ita hínc & índe utríuſq; uniuerſitas conſonat. In ſexta autẽ generatõne nuſq̃ utriq; codices diſcrepant. In ſeptíma uero ubi ille q̃ natus ẽ Enoch: nõ mortuus ſꝫ q̃ deo placuerit tranſlatus eẽ narraẽ: eadem diſſonãtia eſt quę ín ſupioríbꝰ gnq; de centũ annís anteq̃ gigneret eũ qui ibi cõmẽoratus eſt filiũ. atq; ita ín ſumma ſimĺ conſonantia. Vixit. n. annos anteq̃ tranſferretur ſcd̃m utroſq; codices trecẽtos ſexagíntagnq;. Octaua generatio habet qdem nõnullam díuerſitatem: ſꝫ mínorẽ ac diſſímilem cęteris. Matuſalez qppe quẽ genuit Enoch: anteq̃ gigneret eũ q ín ipſo ordíne ſequiẽ: ſcd̃m hebreos nõ centũ mínus ſed uigínti amplíꝰ uixit ànnos. qui rurſus ín noſtris poſteaq̃ eum genuit reperíunẽ addiri: et ín utríſq; ſibi ſumma uníuerſi numeri occurrit. In ſola nona generatõne id eſt ín annís Lamech filíi Matuſalẽ patris autem Noe: ſumma uníuerſitatis diſcrepat: ſed non plurímũ. Vigínti enꝫ & q̃tuor annos plus uixiſſe ín hebreis q̃ ín noſtris codicibꝰ íuenítur. Nã anteq̃ gigneret filiũ q uocatꝰ eſt Noe: ſex mínus habet ín hebreis q̃ ín noſtris: poſtea ũ q̃ eũ genuerit: trigínta amplíus ín eíſdem q̃ ín noſtris. Vnde ſex illis detractis: reſtant uigíntiq̃tuor ut dictũ eſt.

PEr hanc autem Caplm .xi. diſcrepantiam hebreorũ codicum atq; nr̃oꝝ exoriẽ illa famoſiſſia queſtio: ubi Matuſalẽ quatuordecim ános uixiſſe poſt diluuíũ cõputaẽ: cũ ſcptura ex oĩbꝰ q ín terra tũc fuerant ſolos octo hoĩes ín arca exitiuꝫ cõmẽoret euaſiſſe diluuii: ín qbus Matuſalem nõ fuit. Scd̃m codices eni noſtros Matuſalem priuſq̃ gigneret illum quẽ uocauit Lamech: uixit annos centũ ſexagíntaſeptẽ: deínde ipe Lamech anteq̃ ex illo natus eẽt Noe uixit annos centũ octogíntaocto: q ſimul fiũt trecenti qnquagíntaqnq;. His addũtur ſexcenti Noe quoto eius anno diluuíũ factũ eſt: q fiũt nongenti qnquagíntaqnq;: ex quo Matuſalẽ natus eſt uſq; ad annũ diluuii. Omẽs aũt anni uitę Matuſalẽ nongenti ſexagíntanouem computaniẽ. Quia ſum uixiſſet annos centũ ſexagíntaſeptem: et genuiſſet filiũ q eſt appellatus Lamech: pꝰeũ genitũ uixit ános octíngẽtoſduos. Qui omẽs ut diximus nõgenti ſexagíntanouem fiũt. Vnde detractis nongentis qnquagíntaqnq; ab ortu Matuſalez uſq; ad diluuíũ: remanent q̃tuordecim qbus uixiſſe credi poſt diluuíũ. Propter qđ nõnulli eum & ſi non ín terra ubi omnem carnẽ quã uiuere ín aquis natura nõ ſinit conſtat fuiſſe deletam: cum patre ſuo qui tranſlatꝰ fuerat aliquãtum fuiſſe: atq; ibi donec diluuíum prętiret uixiſſe arbitraniẽ: uolentes derogare fidem codicibꝰ quos ín auctoritatem celebriorẽ ſuſcepit ęcclęſia: et credentes iudeoꝝ potiꝰq̃ iſtos non habere quod uerum eſt. Non enĩ admíctunt q̃ magis hic eſſe potuerit error ínterpretũ: q̃ ín ea lingua eẽ falſum unde ín noſtram p̃ gręcam ſcptura ipa trãſlata eſt. Sed íquunt non eẽ credibile: ſeptuagínta ínterpręres q uno ſimul tẽpe unoq; ſenſu iterpręrati ſunt errare potuiſſe: aut

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ubi nihil eorum intererat uoluisse mentiri: iudeos uero dum nobis inuidet quod lex & prophete ad nos interpretando transierunt: mutasse quedam in codicibus suis ut in nostris minueretur auctoritas. Hanc opinionem uel suspitionem accipiat quisque ut putauerit. certum est tamen non uixisse Matusalem post diluuium: sed eodem anno fuisse defunctum: si uerum est quod de numero annorum in hebreis codicibus inuenitur. De illis autem .lxx. interpretibus quod mihi uideatur suo loco diligentius inserendum est: cum ad ipsa tempora quantum necessitas huius operis postulat commemoranda adiuuante domino uenerimus. Presenti .n. sufficit quoniam secundum utrosque codices tam longas habuisse uitas illius eui homines: ut posset etate unius quod de duobus quos solos terra tunc habuit parentibus primus est natus: ad constituendam etiam ciuitatem multiplicari genus humanum. Cap. xii.

Neque enim ullo modo sunt audiendi: qui putant aliter annos illis temporibus computatos: id est tante breuitatis ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter inquiunt cum audierit quisque uel legerit nongentos annos quemque uixisse: debet intelligere nonaginta. Decem quippe illi anni unus annus est noster: et decem nostri: centum illi fuerunt. Ac per hoc ut putant: uiginti trium annorum fuit Adam quando genuit Seth. Et ipse Seth uiginti habebat & sex menses quando ex illo natus est Euos: quos appellat scriptura ducentos & quinque annos. Quoniam sicut isti suspicantur quorum exponimus opinionem: unum annum qualem nunc habemus in decem partes illi diuidebant: & easdem partes annos uocabant. Quarum partium habet una quadratum senarium: eo quod deus sex diebus perfecerit opera sua ut in septimo requesceret. De qua re in libro undecimo sicut potui disputaui. Sexties autem seni quod numerus quadratum senarium facit: triginta sex dies fiunt. quod multiplicati decies: ad trecentos sexaginta perueniunt: id est duodecim menses lunares. Propter quinque dies enim reliquos quibus solaris annus impletur: et diei quadrantem propter quem quater ductum eo anno quo bisextum uocantur unus dies adicitur: addebantur a ueteribus postea dies ut occurreret numerus annorum. quos dies romani interscalares uocabant. Proinde etiam Enos quem genuit Seth: decem et nouem agebat annos quando ex illo natus est filius eius Caynan. quos annos dicit scriptura centum nonaginta. Et deinceps per omnes generationes in quibus hominum anni commemorantur ante diluuium: nullus fere in nostris codicibus inuenitur: quod cum esset centum annorum uel infra: uel etiam centum uiginti aut non multo amplius genuerit filium. sed quod minima etate genuerit: annorum centum sexaginta & quod excurrit fuisse referuntur. quia nemo inquiunt decem annorum homo potest gignere filios. quod numerus centum appellabantur anni ab illis hominibus. sed in annis sedecim est matura pubertas & proli iam idonea procreande. quos centum et sexaginta annos illa tempora nuncupabant. Vt autem aliter annum tunc fuisse computatum non sit incredibile: aditiunt quod apud plerosque scriptores historie reperitur: egiptios habuisse annum quatuor mensium: acarnanas sex mensium: lauinios tredecim mensium. Plinius secundus cum commemorasset relatum fuisse in litteris quendam uixisse centum quinquaginta duos annos: alium decem amplius: alios ducentorum annorum habuisse uitam: alios trecentorum: quosdam ad quingentos: alios ad sexcentos: nonnullos ad octingentos etiam peruenisse: hec omnia propter initia temporum accidisse arbitratus est. Alii quippe inquit estate determinabant annum: et alteri hieme: alii quadripartitis temporibus sicut Archades inquit: quorum anni trimenses fuerunt. Adiecit etiam aliquando egiptios quorum paruos annos quaternorum mensium fuisse supradiximus: luneque fine eorum limitasse annum. Itaque apud eos inquit & singula milia annorum uixisse produntur. His uelut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacre huius historie: sed astruere nitentes ne sit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

incredibile q̄ tam multos annos uixisse referunt̄ antiqui: persuaserunt sibi nec se suadere ĩprudẽter existimant: tã exiguũ spatium tempis tunc annũ uocatũ: ut illi decẽ sint unus noster: et decem nr̄i centuꝫ illoꝝ. Hoc aũt falsissimũ esse documento euidẽtissĩo ostendit̄. Quod anteq̄ fatiam non mihi tacendũ uidet̄: quę credibilior possit esse suspitio. Poteramus certe hanc asseueratõnem ex hebreis codicib⁹ redarguere atq̄ cõuincere: ubi Adam non ducentoꝝ triginta: sed centũ triginta ãnoꝝ fuisse reperit̄: q̄ndo tertiũ genuit filium. q anni si tredecim nr̄i sunt: proculdubio p̄mũ genuit q̄ndo duodecim ul' nõ multo amplius annoꝝ fuit. Quis põt hac ętate generare usitata ista nobisq̄ notissĩa lege naturę? Sed hunc omictamus: q fortasse etiã q̄ndo creatus est potuit. Non eniꝫ cũ tam puum q̄ infantes nostri sunt: factum fuisse credibile ẽ. Seth filius ei⁹ non ducẽtoꝝ qnq̄ sicut nos legimus: sꝫ centũ qnq̄ fuit q̄ndo genuit Enos. ac p hoc ꝑm istos nondũ hẽbat undecim ãnos ętatis. Quid dicã de Caynan eius filio. q cũ apud nos centum septuaginta repiat̄ annoꝝ: apud hebreos septuaginta legr̄ fuisse qñ genuit Malalehel? Quis generat hõ septennis: si tunc anni septuaginta nũcupabant̄ qui septem fuerunt? Caplm .xiii.

SEd cũ hoc dixero: cõtinuo referet̄ illud iudeoꝝ eẽ mendatiũ: de quo supius satis actum est. Nam septuaginta interp̄tes laudabiliter cęlebratos uiros potuisse mentiri difficile est. Vbi si quęrã quid sit credibilius: iudeoꝝ gentem tam longe lateq̄ diffusam: in hoc cõscribendũ mendatiũ uno consilio cõspirare potuisse: & dum aliis inuideãt auctoritatem: sibi abstulisse ueritatem. an. lxx. hoĩes q etiaꝫ ipi iudei erant ĩ uno loco positos: q̄niam rex egipti Ptolomeus eos ad hoc opus asciuerat: ipaꝫ ueritatẽ gentib⁹ alienigẽis inuidisse: et cõmunicato istud tunc fecisse consilio: quis non uideat quid procliuius faciliusq̄ credat̄? Sed absit ut prudens quispiam ul' iudeos cuiuslibet puersitatis atq̄ malitię tãtum potuisse credat: in codicib⁹ tã multis & tã lõge lateq̄ dispsis: uel. lxx. illos memorabiles uiros hoc de inuidẽda gentib⁹ ueritate unum cõicasse consiliũ. Credibilius ergo qs dixerit: cũ p̄mum de bibliotheca Ptolomei describi ista cęperũt: tunc aliq̄d tale fieri potuisse in codice uno: scilꝫ p̄mit⁹ inde descripto: unde tã latius emanaret. ubi potuit qdeꝫ accidere etiaꝫ scp̄toris error? Sed hoc in illa qõne de uita Matusalẽ non absurduꝫ suspicari est. et in illo alio ubi supantibus uigintiq̄tuor annis summa non cõuenit. In his aũt in q̄bus cõtinuat̄ ipius mẽdositatis similitudo: ita ut ante genitũ filiuꝫ q ordini inserit̄: alibi sup̄sint centum ãni alibi desint: post genitũ aũt ubi deerant supersint: ubi superant desint: ut summa cõueniat: et hoc in p̄ma: secunda: tertia: quarta: q̄nta: septimaq̄ generatõe inuẽit̄: uidetur habere quãdam si dici põt error ipse constantiam. nec casum redolet sꝫ industriam. Itaq̄ illa diuersitas numerorũ aliter se habentiũ in codicibus grecis & latinis: aliter in hebreis: ubi non est ista de centum annis prius additis & postea detractis per tot generatiões continuata parilitas: nec malitię iudeoꝝ: nec diligẽtię uel prudentię septuaginta interpretũ: sed scp̄toris tribuat̄ errori: qui de bibliotheca supradcti regis codicẽ describendũ p̄m⁹ accepit. Nã etiã nũc: ubi numeri non faciunt intentũ ad aliq̄d q̄d facile possit intelligi uel q̄d appareat utiliter disci: et negligenter describuntur & negligẽtius emendant̄. Quis enim existimet sibi esse discendum quot milia hoĩm tribus israel singillatim hẽre potuerũt: q̄m p̄desse aliq̄d non putat̄. et quotus quisq̄ hoĩm est cui profunditas utilitatis huius appareat? Hic uero ubi p tot contextas generatoẽs

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

centum anni alibi assunt: alibi desunt: et p⁹natū q cōmēorādus fuerat filiū: desūt ubi affuerūt: assūt ubi defuerūt: ut summa concordet. nimirū cū uellet ꝑsuadere qui hoc fecit ideo numerosissimos annos uixisse antiquos: ꝙ eos breuissīos nūcupabant: et hoc de maturitate pubertatis q̄ idonea filii gignerent̄ conaret̄ oñdere: atq; ideo in illis centū annis decē nostros insinuādos putaret incredulis: ne hoīes tam diu uixisse recipere ī fidem nollent: addidit centū ubi gignendis filiis habilē nō inuēit ętatem: eosdemq; post genitos filios ut congrueret summa detraxit: sic q̄ppe uoluit credibiles facere idonearū generandę ꝓlis cōuenientias ętatū: ut tñ numero non fraudaret uniuersas ętates uiuentium singulorꝫ. Quod autē in sexta generatiōe id non fecit: hoc ip̄m est quod magis mouet illū ideo fecisse cū res quaꝫ dicimus postulauit: q̄a non fecit ubi non postulauit. Inuenit nāq; in eadē generatione: apud hebreos uixisse Iared anteq̄ genuisset Enoch centum sexaginta duos annos: q scd̄m illā rōnem breuiū annorꝫ fiūt anni sedecim: et aliq̄d min⁹ q̄ menses duo: quę iam ętas apta est ad gignendū: et ideo addere centū annos breues ut nr̄i uiginti sex fierent necesse non fuit: nec p⁹natū Enoch eos detrahere quos nō addiderat ante natum. Sic factum est ut hinc nulla cēt inter codices utrosq; uarietas. Sed rursus mouet: cur ī octaua generatiōe āteq̄ de Matusalē nasceret̄ Lamech: cū apd̄ hebreos legant̄ centū octoginta duo āni: uiginti duo anni min⁹ inuēiunt̄ in codicibus nr̄is: ubi potius addi centū solent: et post genitū Lamech cōplendam restituunt̄ ad summam quę in codicibus utrisq; nō discrepat. Si enīꝫ centū septuaginta ānos ꝓpter pupertatis maturitatē decem & septem uolebat intelligi: sicut nihil addere ita nihil detraher̄ iam debebat q̄a inuenerat ętatē idoneā generatōi filiorꝫ: propter quam in aliis centū ānos ubi eā non inuēiebat addebat. Hoc autē de uiginti annis merito putarem⁹ causa mēdositatis accider̄ potuisse: nisi eos sicut ꝑus detraxerat restituere postea curaret: ut summę cōueniret integritas. An forte astutius factū extimandū est: ut illa qua centum anni prius solent adici & postea detrahi occultaret̄ industria: cum & illic ubi necesse non fuerat nō q̄dem de cētum annis: uerūtamē de quantocūq; numero ꝑus detracto post reddito tale q̄d fieret? Sed q̄mōlibet istud accipiat̄: siue credat̄ ita eē factū: siue nō credat̄: siue postremo ita siue non ita sit: recte fieri nullo modo dubitauerim: ut cum diuersum aliquid ī utrisq; codicib⁹ inuenit̄: quādo q̄dem ad fidem rerū gestarū utrūq; esse nō potest: uerū ei linguę potius credat̄: unde est in aliā ꝑ interprętes facta translatio. Nam in q̄busdam etiā codicibus gręcis tribus et uno latino: et uno etiā syro inter se cōsentiētibus: inuentus est Matusalem sex annis ante diluuiū fuisse defunctus.

NVnc iam uideamus Ca. xiiii. quo nam mō euidēter possit oñdi: nō tā breues ut illi decē unus eēt noster: sed tantę ꝓlixitatis annos quantę nunc hēmus: quos utiq; circuitus cōficit solis: in illorꝫ hoīm uita ꝓlixissīa computatos. Sexcentesimo nempe āno uitę Noe: sc̄ptū est factū eē diluuiū. Cur ergo ibi legr̄: et aqua diluuii facta est sup terram sexcentesimo āno uitę Noe: secūdi mensis septīa & uicesima die mensis: si annus ille mīm⁹ quales decē faciunt unū nr̄m triginta sex dies habebat? Tantillus q̄ppe annus si antiquo more hoc nomē accepit: aut non habet menses: aut mensis eius est triduuꝫ ut habeat duodecim menses. Quomō igr̄ hic dictū est: sexcentesimo anno secundi mensis septima & uicesima die mensis: ñ quia tales quales nunc sunt etiā tūc erant menses? Nā quo pacto aliter uicesimo et

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

septimo die secundi mensis diceret̃ cęptũ eẽ diluuiũ? Deinde postea in fine diluuii ita legit̃. Et sedit arca in mense septimo: septima & uicesima die mensis sup mõtes ararath. Aqua autem minuebat̃ usq; ad undecimum mẽsem. In undecimo autem mense p̃ma die mensis apparuer̃t capita montium. Si igr̃ tales menses erant: tales profecto & anni erant q̃les nũc hẽmus. Mẽses q̃ppe illi triduani uiginti & septẽ dies habere nõ poterant. Aut si pars tricesima tridui tunc appellabãtur dies: ut oĩum ꝓportõnes minuant̃: ergo nec toto quatriduo nr̃o factũ est illd̃ tam grande diluuiũ: quod memorat̃ factũ q̃draginta diebus & q̃draginta noctibus. Quis hãc absurditatẽ et uanitatem ferat? Proinde remoueat̃ hic error: q cõiectura falsa ita uult astruere scp̃turarum fidem: ut alibi destruat. Prorsus tãtus etiã tũc dies fuit quãtus et nũc est. quẽ uiginti & quatuor horę diurno curriculo nocturnoq; determinant. tantus mensis q̃ntus & nunc est: quẽ luna cępta et finita concludit. Tant⁹ annus quãtus & nunc est: quẽ duodecim menses lunares additis propter cursum solarem q̃nq; diebus et q̃drante cõsumãt. Tantus ãni sexcentesimi uitę Noe scd̃us erat mensis: eiusq; mensis uicesim⁹ & septimus dies: quãdo cępit eẽ diluuium: in quo dies q̃draginta continuatę ingentes pluuię memorant̃. qui dies non binas ac paulo ampli⁹ horas hẽbant: s3 uicenas & quaternas die noctuq; transactas. Ac ꝑ hoc tam magnos ãnos uixerũt illi antiq usq; amplius q̃ nongentos: q̃ntos postea uixit Abraam centũ septuaginta q̃nq; et post eũ filius eius Ysaac centũ octoginta: & filius eius Iacob ꝓpe centũ q̃nq̃ginta: et q̃tos interposita aliq̃nta ętate Moyses centũ uiginti: et quantos etiã nunc uiuũt hoĩes septuaginta uel octoginta: uel non multo amplius. de q̃bus etiã dictum est. Et amplius eoꝝ labor & dolor. Illa uero numerorum uarietas quę inter codices hebreos inuenit̃ & nostros: neq; de hac antiquorũ longeuitate dissentit. et siquid habet ita diuersum ut uerũ esse utrũq; nõ possit: rerũ gestarum fides ab ea lingua repetenda est: ex qua interpretatum est quod hẽmus. Quę facultas cũ uolẽtibus ubiq; gentiũ pręsto sit: non tamẽ uacat q̃ septuaginta interpretes in plurimis quę diuersa dicere uident̃: ex hebreis codicibus emẽdare ausus est nemo. Non enĩ est illa diuersitas putata mẽdositas: nec ego ullo mõ putãdam existimo. Sed ubi non est scp̃toris error: aliquid eos diuino spũ ubi sensus eẽ consentane⁹ ueritati & prędicans ueritattẽ: nõ interpretantiũ more sed prophetãtium libertate aliter dicere uoluisse credendum est. Vnde merito nõ solũ hebreis: uerũ etiaꝫ ip̃is cum adhibet testimonia de scp̃turis uti aplica inuenit̃ auctoritas. Sed hinc me oportuĩore loco si adiuuerit dñs ꝓmisi diligenti⁹ locuturꝫ. nũc quod instat expediam. Non enĩ ambigendũ est ab hoĩe q ex p̃mo hoĩe p̃mus est natus: q̃ndo tamdiu uiuebãt potuisse constitui ciuitatem sane terrenã nõ illam quę dr̃ ciuitas dei: de qua ut scriberemus tanti laborẽ hui⁹ opis in man⁹ sumpsim⁹.

Dicet ergo aliquis. Capl'm. xv.

Ita ne credendum est hoĩem filios incessanter generaturũ: nec habentem ꝓpositũ continentię centũ & ampli⁹ uel s̃m hebreos nõ multo minus id ẽ octoginta sexaginta annos a concumbendi opere uacauisse: aut si non uacaret nihil prolis gigner̃ potuisse? Hęc quęstio duob⁹ moĩs soluit̃. Aut enĩ tanto serior fuit ꝓportõe pubertas: q̃nto uitę toti⁹ maior ãnositas: aut qd̃ magis uideo esse credibile: nõ hic p̃mogeniti filii cõmemorati sunt: sed quos successioĩs ordo poscebat ut ꝑueniret̃ ad Noe: a quo rursus ad Abraam uidemus eẽ ꝑuentũ: ac deinde usq; ad certũ articulum tempis: quantum oportebat signari

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

etiam generationib9 cõmemoratis cursum
glorioſiſſimę ciuitatis in hoc mundo pegri-
nantis: et ſupnam patriam requirentis.
Quod enī negari non poteſt: prior oīum
Cayn ex cõiunctiõe maris & fęmīę nat9
eſt. Neq; enī illo nato dixiſſet Adam qđ
dixiſſe legī: acq;ſiui hoīem p deũ: niſi illis
duob9 ipſe fuiſſet homo naſcẽdo additus
pmus. Hunc ſecutus Abel quem maior
frater occidit: prefiguratiõe q̃dã pegrinātis
ciuitatis dei: q eẽt ab impiis & quodãmo
terrigẽis id ẽ terrenã originẽ diligẽtib9:
et terrenę ciuitatis terrẽa felicitate gau-
dentibus: pſecutoẽs iniquas paſſura pm9
oſtendit. Sed quot annoꝝ erat Adam cũ
eos genuit nõ apparet. Exinde digerunt
generatioẽs alię de Cayn. alię de illo quẽ
genuit Adam i eius ſucceſſiõe quẽ frater
occidit: et appellauit nomen illius Seth:
dicens ut ſcriptum eſt. Suſcitauit enī mihi
de9 ſemẽ aliud p Abel quẽ occidit Cayn.
Cum itaq; iſtę duę ſeries generationum
una de Seth altera de Cayn: has duas de
q̃bus agim9 diſtinctis ordinib9 inſinuent
ciuitates: unã celeſtẽ in terris pegrinatem:
alteram terrenam terrenis tanq̃ ſola ſint,
gaudiis inhiantem uel inherẽtem: nullus
de p genie Cayn cũ dinumerata ſit cõnu-
merato Adã uſq; ad octauã generatioẽ:
quot annoꝝ fuiſſet expreſſus eſt: quãdo
genuit eũ qui cõmemoratẽ poſt eũ. Noluit
enī ſpũs dei in terrenę ciuitatis generati-
onibus tempa notare ante diluuiũ: ſi in
celeſtis maluit tanq̃ eẽnt memoria digni-
ores. Porro aũt Seth q̃ndo natus eſt: nõ
q̃dem tacuit ſunt anni patris eius: ſed iam
genuerat alios: et utrum ſolos Cayn &
Abel affirmare q̃s audeat? Non enim qa
ſoli noiati ſunt, ppter ordies generationũ
quas cõmẽorari oportebat: ideo conſeq̃ns
uideri debet ſolos fuiſſe tunc generatos
ex Adam. Cum enī ſilenno cooptis oīum
nõibus cęterorũ: legatẽ eũ genuiſſe filios
& filias: quota fuerit iſta proles eius q̃s
preſumat aſſerere: ſi culpam temeritatis
euitat? Potuit quippe Adam diuinitus
admonitus dicere poſteaq; Seth natus ẽ.
Suſcitauit enim mihi deus ſemẽ aliud pro
Abel: q̃ndo talis erat futurus q impleret
illius ſanctitatem: nõ q ipſe por poſt eum
tempis ordine naſceret. Deinde qđ ſcriptũ
eſt: uixit aũt Seth q̃nq; & ducẽtos ānos:
uel ſcđm hebreos q̃nq; & centũ annos &
genuit Enos: qs poſſit niſi inconſideratus
aſſeuerare hũc eius pmogenitũ fuiſſe: ut
admẽrantes merito regramus: quoñ per
tot annos immunis fuerit a cõnubio ſine
ullo propoſito continentię: uel non fuerit
cõiugatus? Quãdo q̃dem enã de ipſo legī
et genuit filios & filias: et fuerunt omẽs
dies Seth duodecim & nongenti anni et
mortuus eſt: atq; ita deinceps quoꝝ ām.
commemorantẽ. nec filios filiaſq; genuiſſe
reticentẽ. Ac p hoc non apparet oīo: utrũ
qui noiatẽ genitus ipſe fuerit pmogenit9;
imo uero qm̃ credibile nõ eſt patres illos
ętate tam longa aut impubes fuiſſe: aut
coniugibus caruiſſe uel ferẽdis: nec illos
eoꝝ filios pmos eis natos fuiſſe credibile
eſt. Sed cũ ſacrę ſcriptor hiſtorię ad ortum
uitamq; Noe: cui9 tempe diluuiũ factũ eſt
per ſucceſſiones generationũ notatis quib9
intenderet puenire: eas utiq; cõmẽorauit
non quę pmę ſuis parentibus fuerint: ſed
quę in propagationis ordine uenerint.
Exempli grã a quo id fiat apertius aliq̃d
interponam: unde nullus ambigat fieri
potuiſſe quod dico. Euangeliſta Mathe9
generatoẽm dñice carnis p ſeriem pentum
uolens cõmendare mẽorię: ordines a pre
Abraam atq; ad Dauid pmit9 ut puẽiret
intẽdens: Abraam inquit genuit Yſaac.
Cur non dixit Iſmael quẽ pmit9 genuit?
Yſaac aũt inquit genuit Iacob. Cur non
dixit Eſau q eius pmogẽitus fuit? Quia
ſcilicet p illos ad Dauid puẽire nõ poſſet.
Deinde ſequitur. Iacob aũt genuit Iudã et
fres eius. Nunq̃d Iudas pmogenit9 fuit?

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Iudas inquit genuit Phares & Zaram. Nec istorum gemiorum aliquis fuit primogenitus Iudę: sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum: per quos ad Dauid atque inde quo intenderat peruenire. Ex quo intelligi potest: ueteres quoque homines ante diluuium non primogenitos sed eos fuisse commemoratos: per quos ordo succedentium generationum ad Noe patriarcham duceretur: ne serię pubertatis illorum obscura & non necessaria quęstio nos fatiget.

Cum igitur genus Capitulum. xvi. humanum post primam copulam uiri facti ex puluere et coniugis eius ex uiri latere: marium fęminarumque coniunctione opus haberet ut gignendo multiplicarentur: nec essent ulli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissent: uiri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquus compellente necessitate: tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. Habita enim ratio rectissima caritatis: ut homines quibus esset utilis atque honesta concordia: diuersarum necessitudinum uinculis necterentur: nec unus in una multas haberet: sed singulę spergerentur in singulos: ac sic ad sotialem uitam diligentius colligandam plurimę plurimos obtinerent. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Vt ergo alium quisque habeat patrem alium socerum: numerosius se caritas porrigit. Vtrumque autem unus Adam esse cogebatur: et filiis & filiabus suis: quando fratres sororesque connubio iungebantur. Sic et Eua uxor eius utrique sexui filiorum fuit & socrus et mater. Quę si duę fęminę fuissent: mater altera & socrus altera: copiosius se sotialis dilectio colligaret. Ipsa denique iam soror quoque etiam uxor fiebat: duas tenebat una necessitudines: quibus per singulas distributis ut altera esset soror altera uxor: hominum numero sotialis propinquitas augeretur. Sed hoc unde fieret tunc non erat: quando nisi fratres & sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit quando potuit: ut existente copia unde ducerentur uxores quę non erant iam sorores: et non solum illud ut fieret nulla necessitas esset: uerum etiam si fieret nefas esset. Nam si nepotes primorum hominum qui iam consobrinas poterant accipere coniuges: sororibus matrimonio iungerentur: non iam duę sed tres in homine uno necessitudines fierent: quę propter caritatem numerosiore propinquitate nectendam: disseminari per singulos singulę debuerunt. Esset enim unus homo filiis suis fratri scilicet sororique coniugibus: et pater & socer et auunculus: ita & uxor eius eisdem coniugibus filiis: et mater & amita et socrus. Idemque inter se filii eorum non solum essent fratres atque coniuges: uerum etiam consobrini: quia & fratrum filii. Omnes autem istę necessitudines quę uni homini tres homines connectebant: nouem connecterent si essent in singulis singulę: ut unus homo haberet alteram sororem: alteram uxorem: alteram consobrinam: alterum patrem & alterum auunculum: alterum socerum: alteram matrem: alteram amitam: alteram socrum. atque ita se non in paucitate coartatum: sed latius atque numerosius propinquitatibus crebris uinculum sotiale diffunderet. Quod humano genere crescente & multiplicato: etiam inter impios deorum multorum falsorumque cultores sic obseruari cernimus: ut etiam si peruersis legibus permictantur fraterna coniugia: melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam: et cum sorores accipe in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit: sic aduersetur quasi nunquam licere potuerit. Ad humanum enim sensum uel allitiendum uel offendendum: mos ualet plurimum. Qui cum in hac causa moderationem concupiscentię coerceat: eum designari atque corrumpi merito esse nefarium iudicatur. Si enim est iniquum auiditate possidendi transgredi limitem agrorum: quanto est iniquus libidine concumbendi subuertere limitem morum? Experti autem sumus in connubiis consobrinarum etiam nostris temporibus: propter gradum propinquitatis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fraterno gradui ꝓximum: q̄raro ꝑ mor̄s fiebat: quod fieri per leges licebat. qa id nec diuina ꝓhibuit: et nōdum ꝓhibuerat lex hūana. Verūtamen factū etiā licitum propter uicinitatem horr̄batur illiciti: et quod fiebat cū cōsobrina: pene cū sorore fieri uidebat̄. qa et ipi inter se ꝓpter tam propinquā cōsanguinitatē fr̄es uocant̄: & pene germani sunt. Fuit aūt antiquis pr̄ibus religiosę curę: ne ipa ꝓpinqtas se paulatim ꝓpaginū ordinibus dirimens longius abiret: et ꝓpinqtas eē desisteret: eam nōdum longe positam rursus matrimonii uinculo colligare: et quodāmodo reuocare fugiētem. Vnde iā pleno hōib⁹ orbe terraꝝ: non qdem sorores ex patre uel matre: uel ex ambobus suis ꝑentibus natas: ſ̄ tñ amabāt de suo genere ducere uxores. Verūtamē qs dubitet honestius hoc tempe etiā consobrinarū ꝓhibita esse coniugia: non solū scd̄m ea quę disputauimus ꝓpter multiplicādas affinitates: ne hēat duas necessitudies una ꝑsona: cū duę possint eas hēre & numerus ꝓpinqtatis augeri. ſ̄ etiā qa nescio quomō inest humanę uerecūdię qddam naturale atq; laudabile: ut cui debet causa ꝓpinqtatis uerecūdum honorē: ab ea cōtineat q̄uis generatricē tñ libidinē: de qua erubescer̄ uidemus & ipam pudicitiam cōiugalem. Copulatio igit̄ maris & fęminę quātum actinet ad genus mortaliū: qd̄dam seminarium est ciuitatis: sed terrena ciuitas generatōe tantūmodo: cęlestis aūt etiam regeneratōne opus habet: ut noxam generatōnis euadat. Vtrū aūt aliqd̄ fuerit: ul'si fuit quale fuerit corpale atq; uisibile regeneratōnis signū ante diluuium: sicut Abraę circūcisio postea est impata: sacra historia tacet. Sacrificasse tamen deo etiā illos antiqssios hoies non tacet. qd̄ & in duobus ꝑmis fr̄ibus claruit. et Noe post diluuium cum de arca fuisset egressus: hostias deo legr̄ immolasse. De qua re in

precedentibus libris iam diximus: non ꝯ aliud dęmoēs arrogantes sibi diuinitatē deosq; se credi cupiētes: sibi expetere sacrifitiū & gaudere huiuscemōi hōrib⁹: ñ qa uerū sacrifitiū d̄o uero deberi sciūt.

Cum g̊ eēt Adam Capl'm. xvii. utriusq; generis pater: id ē & cui⁹ series ad terrenā et cuius series ad cęlestē ꝑtinet ciuitatem: occiso Abel atq; in eius interfectōe cōmēdato mirabili sacram̄to: facti sunt duo pr̄es singl'oꝝ generū Cayn et Seth: in quorum filiis quos cōmēorari oportebat: duarū istaꝝ ciuitatū ī genere mortaliū euidentiꝰ indicia clarere cępūt. Cayn qppe genuit Enoch: ī cuius nomīe condidit ciuitatē: scilicet non ꝑegrinātem in hoc mundo: sed in eius tempali parte ac fęlicitate qescentē. Cayn aūt interprętatur possessio. unde dictū est qñ natus ē siue a pr̄e siue a mr̄e eius: acqsitu hoiem ꝑ deum. Enoch ū dedicatio. hic enī dedicat̄ terrena ciuitas ubi condit̄: qm̄ hic habet. eū quē intēdit & appetit finē. Porro ille Seth interprętat̄ resurrectō: et Enos fili⁹ eius interprętat̄ homo. non sicut Adam. Et ipm enī nomē interprętat̄ homo: ſ̄ cōe perhibetur esse in illa lingua id ē hebrea masculo & fęminę. Nam sic de illo scp̄tuꝫ est. Masculū & fęminā fecit eos: et benedixit illos et cognoīauit eoꝝ nomē Adā. Vnde non ambigit̄ sic appellatam fuisse fęminam Euam ꝓprio noīe: ut tñ Adam qd̄ interprętat̄ homo nomē esset amboꝝ. Enos aūt sic interprętat̄ homo: ut hoc nō posse fęminā nūcupari periti linguę illi⁹ asseuerent: tanq̄ filius resurrectōnis: ubi non nubent neq; uxores ducent. Non enī erit ibi generatio: cū illuc ꝑduxerit regeneratio. Quare et hoc nō incassū notāduꝫ arbitror: q̄ in his generatiōib⁹ quę ꝓpagantur ex illo q ē appellatus Seth: cum genuisse filios filiasq; dicat̄: nl'a ibi gēita noīatim fęmina expręssa est. in his autē quę ꝓpagant̄ ex Cayn: in ipo fine q̊usq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

protenduntur: nouissima femina genita nominatur. Sic enim legitur. Matusahel genuit Lamech. Et sumpsit sibi Lamech duas uxores. Nomen uni Ada: et nomen secundę Sella. et peperit Ada Iabel. hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum. Et nomen fratris eius Iubal. hic fuit qui ostendit psalterium & cytharam. Sella autem peperit et ipsa Tubalcaym & erat ęrarius et malleator ęramenti et ferri. Soror autem Tubalcaym Noema. Hucusque porrectę sunt omnes generationes Cayn: quę sunt omnes ab Adam octo annumerato ipso Adam. septem scilicet usque ad Lamech: qui duarum maritus uxorum fuit: et octaua est generatio in filiis: in quibus & femina commemoratur. Vbi eleganter significatum est: terrenam ciuitatem usque in sui finem carnales habituram generationes: quę mariam feminarumque coniunctione proueniunt. Vnde & ipse quod preter eas nusquam reperitur ante diluuium: nominibus propriis exprimuntur uxores illius hominis: qui nominatur hic nouissimus pater. Sicut autem Cayn qui interpretatur possessio terrenę conditor ciuitatis: et filius eius in cuius nomine condita est Enoch qui interpretatur dedicatio: indicat istam ciuitatem & initium et finem habere terrenum: ubi nihil speratur amplius quam quod in hoc seculo cerni potest: ita Seth qui interpretatur resurrectio: cum sit generationum seorsum commemoratarum pater: quid de filio eius sacra historia dicat intuendum est. Capitulum .xviii.

ET Seth igitur natus est filius: et nominauit nomen eius Enos. Hic sperauit inuocare nomen domini dei. Nempe clamat actestatio ueritatis. In spe igitur uiuit homo filius resurrectionis: in spe uiuit quamdiu peregrinatur hic ciuitas dei: quę gignitur ex fide resurrectionis xpi. Ex duobus namque illis hominibus: Abel qui interpretatur luctus: et eius fratre Seth qui interpretatur resurrectio mors xpi & uita eius ex mortuis figuratur. Ex qua fide gignitur hic ciuitas dei id est homo qui sperauit inuocare nomen domini dei. Spe.n. salui facti sumus ait apostolus. Spes autem quę uidetur non est spes. Quod enim uidet quis: quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus: per patientiam expectamus. Nam quis uacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Nunquid enim Abel non sperauit inuocare nomen domini dei: cuius sacrificium scriptura tam acceptum deo fuisse commemorat? Nunquid ipse Seth non sperauit inuocare nomen domini dei de quo dictum est. Suscitauit.n. mihi deus semen aliud pro Abel? Cur ergo huic proprie tribuitur quod piorum omnium intelligitur esse commune: nisi quia oportebat in eo qui de patre generationum in meliorem partem hoc est supernę ciuitatis separatarum: primus commemoratus exortus prefigurari hominem id est hominum societatem: quę non secundum uires terrenę felicitatis: sed secundum deum uiuit in spe felicitatis eternę? Nec dictum est hic sperauit in dominum deum: aut hic inuocauit nomen domini dei: sed hic sperauit inquit inuocare. ubique prophetia est exorturum populum qui secundum electionem gratię inuocauit nomen domini dei: hoc est quod per aliud prophetam dictum est apostolus de hoc populo intelligit ad dei gratiam pertinere. Et erit omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. hoc enim ipsum quod dicitur & nominauit nomen eius Enos quod interpretatur homo: ac deinde additur hic sperauit inuocare nomen domini dei: satis ostenditur quod non in seipso spem ponere debeat homo. Maledictus enim omnis sicut alibi legitur qui spem suam ponit in homine. Ac per hoc in se ut sit ciuis alterius ciuitatis: quę non solum secundum filium Cayn dedicatur hoc tempore: hoc est mortalis huius seculi labente transcursu: sed in illa immortalitate beatitudinis sempiternę.

NAm et ista propago Cap.xix.
cuius est pater Seth in ea generatione habet dedicationis nomen: quę septima est ex Adam: annumerato Adam. Septimus enim ab illo natus est Enoch qui interpretatur dedicatio. sed ipse est ille translatus qui placuit deo: et insigni numero in ordine generationum quo sabbatum consecratum est: septimus scilicet

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ab Adam: ab ipso autem patre istaꝝ generationum quę discernunt a generatione Cayn: id est a Seth sextus est: quoto die factus est homo: et consumauit deus oia opa sua. Sed huius Enoch translatio nr̄ę dedicatōis est prefigurata dilatio. Quę qdem iam facta est in xp̄o capite nostro: qui sic resurrexit ut non moriat̄ ulterius: sed etiā ipse translatus est. Restat autem altera dedicatio uniuersę domus cuius ipe xp̄us est fūdamentū: quę differt̄ in fine: qn̄do erit oim resurrectio nō morituroꝝ amplius. Siue aūt domus dei dicat̄: siue templū dei: siue ciuitas dei: id ipm est: nec abhorret a latini eloquii consuetudie. Nā et Virgilius impiosissimā ciuitatē domuꝫ appellat Assarici: romāos uolēs intelligi q de Assarico p troianos origineꝫ ducūt: et domū Aeneę eosdem ipsos: qa eo duce troiani cū italiā uenissent: ab eis condita est roma. Imitatus nāq; est poeta ille lr̄as sacras: in qbus dr̄ domus Iacob tā ingēs populs hebreoꝝ. Caplm .xx.

Dicet aliqs. si hoc intendebat scriptor huius historię in cōmemorandis generationibus ex Adam p filiū eius Seth: ut p illas ueniret ad Noe sub quo factum est diluuiū: a quo rursus cōtexeretur ordo nascentiū: quo puēiret ad Abraam: a quo Matheus euangelista incepit generatoēs qbus ad xp̄m puēit eternū regē ciuitatis dei: qd intendebat i generatōib9 ex Cayn: & quo eas producere uolebat? Respōdet̄. usq; ad diluuium: quo totum illd genus terrenę ciuitatis absumptū est: sz repatuꝫ est ex filiis Noe. Neq; enim deesse potuit hęc terrena ciuitas sonetasq; hoium scdm hoiem uiuentiū: usq; ad huius sęculi finē de quo dns ait: filii huius sęculi generant & generant̄. Ciuitatē uero dei pegnantē in hoc sęculo regeneratō producit ad alterū sęculū: cui9 filii nec generāt nec generant̄. Hic g̃ generari & generare ciuitati utriq; cōe est: q̄uis dei ciuitas habeat & iam hic multa ciuium milia: quę ab ope generādi se abstineant. Sed habet etiam illa ciues nōnullos isti similes: ex imitatōne quadaꝫ licet errantes. Ad eā nanq; ptinent: etiaꝫ q deuiantes ab hui9 fide diuersas hereses condiderūt. scdm hoiem qppe uiuūt: non scm deū. Et in dorū gignosophistę q̃ nudi perhibent̄ philosophari i solitudinibus indię: ciues ei9 sunt & a generando se cohibent. Non enī est hoc bonū: misi cum fit scdm fidē summi boni q deus est. Hoc tn̄ nemo fecisse ante diluuiū repit̄: qn̄ qdem etiā ipe Enoch septim9 ab Adā: q translat9 refert̄ esse non mortuus: genuit filios & filias anteq̃ transferret̄. in qbus fuit Matusalem p quē generationū mēorandaruꝫ ordo transcurrit. Cur ergo tāta paucitas successionū cōmēorat̄ in generatōibus ex Cayn: si eas usq; ad diluuiū pduci oportebat: nec erat diuturna ętas pręueniens pubertatem: quę centū uel amplius ānos uacaret a fętibus? Nam si nō intendebat auctor libri hui9 aliquē ad quē necessario pduceret seriem generationū: sicut in illis qui ueniunt de semine Seth: intendebat puēire ad Noe a q̃ rursus ordo necessari9 sequeret̄: qd op9erat prętermittere pmogenitos filios ut puēiret̄ ad Lamech: in cuius filiis simil̄ illa contexio octaua generatōe scilz ex Adam: septima ex Cayn: q̃si eēt inde aliqd deinceps cōnectendum: unde puēiret̄ uel ad israeliticū poplm: in quo cęlesti ciuitati etiā terrena hierusalem figurā pphetica prębuit: uel ad xp̄m scm carnem q ē sup oia deus bn̄dictus in sęcla: supnę hierlm fabricator atq; r̄generator: cū tota pgēies Cayn diluuio sit deleta? Vnde uideri pōt in eodē ordine generationū: pmogenitos fuisse cōmemoratos. Cur g̃ tam pauci sunt? Non enim usq; ad diluuiū tot eē potuerūt: nō uacāti b9 usq; ad centenariā pubertatē pribus ab officio generandi: si non erat tūc pportōe longeuitatis illius etiam sera pubertas. Vt enim

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

per ęque triginta annoꝝ fuerint cũ filios generare cęperunt occies triceni: qm̃ octo sunt generatoẽs cũ Adam & cũ eis quos genuit Lamech: ducẽti et q̃draginta sunt anni. Num itaq; toto deinde tẽpe usq; ad diluuium nõ generauerũt? Qua tandem causa q hęc scp̃sit generatõnes cõmẽorare noluit quę sequũtur? Nam ex Adã usq; ad diluuiũ cõputant̃ anni scd̃m codices nostros duo milia ducẽti sexaginta duo: scd̃m hebreos aũt mille sexcenti qnq̃ginta sex. Vt g̃ istũ numerũ mĩorẽ credam⁹ eẽ ueriorẽ: de mille sexcẽtis qnq̃ginta sex annis: ducenti quadraginta detrahũtur. Nunqd credibile est p mille q̃dringentos et quot excurrit annos q restant usq; ad diluuiũ: progeniẽ Cayn a generatõibus uacare potuisse? Sed q ex hoc mouetur: meminerit cũ quęrerẽ quõ credẽdum sit: antiquos illos hoĩes p tam multos annos a gignẽdis filiis cessare potuisse: duobus modis istã solutã esse qõnem. aut de sera pubertate ꝓportione tam longę uitę: aut de filiis q cõmemorant̃ in generatõibus q̃ non fuerint p̃mogeniti: s; hi p quos ad eũ quem intendebat auctor libri poterat puẽire: sicut ad Noe in generatõib⁹ Seth. Proinde ĩ generatõib⁹ Cayn si nõ occurrit q deberet ĩtendi: ad quẽ prętermissis p̃mogenitis p eos q cõmẽorati sunt puẽiri oportebat: sera pubertas intelligẽda restabat: ut aliq̃nto p⁹centũ ãnos puberes habilesq; ad gignendum facti fuerint: ut ordo generatõnũ p p̃mogẽitos curreret: & usq; ad diluuiũ ad numerũ annorum tantę quãtitatis occurreret. Quãuis fieri possit ut ꝓpter aliquã secretiorẽ cãm quę me latet: usq; ad Lamech & ei⁹ filios generationũ pueniẽte contextu: cõmẽdaret̃ hęc ciuitas quã dicim⁹ terrenã: ac deinde cessaret scp̃tor libri cõmemorare cęteras: quę usq; ad diluuiũ esse potuerũt. Potest et illa esse cã cur non ordo generationũ p p̃mogenitos duceret̃: ut necesse non sit in illis hõibus tã seram credere pubertatẽ: q̃ scilꝫ eadem ciuitas quã Cayn in nomĩe Enoch filii sui cõdidit: lõge lateq; r̃gnare potuerit: et reges hẽre non sil' plures: sed suis ętatibus singl'os: quos genuissent sibi successuros quicunq; regnassent. Horum regũ p̃mus eẽ potuit ip̃e Cayn: scd̃s eius filius Enoch ĩ cuius nomĩe ubi regnaret̃ condita ẽ ciuitas: tertius Irad quẽ genuit Enoch: q̃rtus Manihel quẽ genuit Irad: qntus Matusahel quem genuit Manihel: sextus Lamech quẽ genuit Matusahel: q est septim⁹ ab Adam per Cayn. Non aũt erat consequẽs ut p̃mogeniti in regnum regnãtibus succederent p̃ribus: sed quos regnandi meritũ ꝓpter uirtutem terrenę utilem ciuitati: uel sors aliq̃ reperiret: uel ille potissimuꝫ succederet p̃ri hereditario quodã iure regnãdi: quẽ prę cęteris filiis dilexisset. Potuit aũt uiuente adhuc Lamech atq; regnante fieri diluuiũ: ut ip̃m cũ aliis oĩbus hõibus exceptis qui ĩ arca fuerũt quem perderet inuẽiret. Neq; eniꝫ mirandũ ẽ: si uaria q̃titate numerositatis annoꝝ ĩterposita: p tam longã ętatem ab Adam usq; ad diluuiũ non ęq̃lis numeri generatoẽs habuit utraq; ꝓgenies: sed p Cayn septem: p Seth aũt decem: septim⁹ est enĩ ut iã dixi ab Adam usq; Lamech: decim⁹ Noe. Et ideo nõ unus fili⁹ Lamech sicut in cęteris supius: s; plures cõmẽorati sunt: qa incertũ fuerat qs ei fuiss; mortuo successurus: si regnãdi tempus inter ip̃m & diluuiũ remãsisset. Sed quoq̃modo se hẽat: siue per p̃mogenitos siue p reges ex Cayn generationũ ordo decurrens: illud mihi nullo pacto prętereundum silentio: uidet̃: q̃ cũ Lamech septimus ab Adam fuisset inuentus: tot eius ãnumerati sunt filii donec undenarius numerus ĩpleret̃: quo significat̃ pc̃tm. Addunt̃ enim tres filii et una filia. Vxores aũt aliud possũt significare: nõ hoc qd̃ nũc cõmendãdum uidet̃. Nũc enĩ de generatõibus loqmur:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ille ů unde sint genitę tacitū est. Quoniā
g̊ lex denario numero prędicat̃: unde est
mēorabl̃is ille decalogus: ꝓfcto numer⁹
undenarius qm̄ transgreditur denariuꝫ:
trāsgressionē legis ac ꝑ hoc pcc̃m sig̃ficat.
Hinc est ꝙ ī tabernaculo testimonii quod
erat ī itinere ppl̃i dei uelut templū ambu-
latoꝝ: undeciꝫ uela cilicina fieri pręcepta
sunt. In cilicio q̃ppe recordatō est pcc̃toꝝ:
propter hedos ad sinistrū futuros: quia
confitentes in cilicio ꝓsternimur: tanq̃m
dicētes qđ in psalmo scp̃tū est: pcc̃m meū
ante me ē semp̃. Progenies g̊ ex Adam ꝑ
Cayn sceleratū undenario numero finit̃:
quo pcc̃m sig̃ficat̃: et ip̄e numer⁹ a fęmīa
claudit̃: a quo sexu initiū factū est pcc̃ti ꝑ
q̃đ oēs morimur. Cōmissum est aūt ut &
uoluptas carnis quę spiritui resisteret se-
quęret̃. Nam et ipsa filia Lamech Noema
uoluptas interpręta t̃. Per Seth autē ab
Adam usq; ad Noe denarius insinuatur
legitim⁹ numerus. cui Noe tres aditiunt̃
filii: unde uno lapso duo bn̄dicunt̃ a pr̄e:
ut remoto reprobo & probatis filiis ad
numerū additis: etiā duodenari⁹ nume-
rus intimet̃: q̃ et ī pr̄iarcharū & ī apl̃oꝝ
numero insignis est: propter septenarii
ꝑtes alterā ꝑ alteraꝫ multiplicatas. Nam
ter q̃terni uel q̃ter terni ip̄m faciunt. His
ita se hn̄tibus: uideo cōsiderandū et com-
memorandum: ista utraq; progenies quę
distinctis generationibus duas insinuat
ciuitates: unā terrigenaꝝ alterā regene-
ratoꝝ: quō postea sic cōmixta fuerit atq;
confusa: ut uniuersum genus humanum
exceptis octo hōib⁹ ꝑire mer̃ret̃ diluuio.

PRimo aūt intuendū ē: Ca. xxi.
q̃admodū cū ex Cayn generatoēs
enumerarent̃: cōmemorato ante cęteros
posteros eius illo in cui⁹ noīe condita est
ciuitas id ē Enoch: cōtexti sunt cęteri usq;
ad illū finē de quo locut⁹ sum: donec illđ
genus atq; illa uniuersa ꝓpago diluuio
deleret̃: cū ů filius Seth unus cōmēorat⁹
fuisset Enos: nondum usq; ad diluuium
additis cęteris: articulus q̃dā interponit̃
& dicit̃: hic liber natiuitatis hoīum: qua
die fecit de⁹ Adam: ad imaginē dei fecit
illū: masc̃lm & fęminā fecit eos: et bene-
dixit illos: et cognoīauit nom̄ eoꝝ Adā:
qua die fecit illos. Quod m̄ uidet̃ ad hoc
interpositū: ut hinc rursus inciꝑet ab ip̄o
Adam dinumeratio tempoꝝ: quā uoluit
facere q̃ hęc scp̃sit ī ciuitate tęrrena: tanq̃
eā deus sic cōmēoraret ut non cōputaret.
Sed q̃re hinc redit̃ ad istā recapitl̃atoēꝫ:
posteaq̃ cōmēoratus est filius Seth homo
q̃ sperauit inuocare nomē dn̄i dei: nisi q̃a
sic oportebat istas duas ꝓponere ciuita-
tes: unā ꝑ homicidam usq; ad hōicidam:
nam et Lamech duabus uxorib⁹ suis sese
ꝑpetrasse hōicidiū confitet̃: alterā per eū
q̃ sperauit inuocare nomē dn̄i dei? Hoc ē
q̃ppe in hoc mūdo pęg̃nantis ciuitatis đi
totum atq; summū in hac mortalitate ne-
gotiū: quod ꝑ unū hoīem quē sane occisi
resurrectō genuit: cōmendandū fuit. Hō
quippe ille unus totius supnę ciuitatis est
unitas: nondū q̃dem cōpleta: sꝫ pręmissa
ista ꝓph̄ica pręfiguratiōe cōplenda. Fili⁹
g̊ Cayn hoc ē filius possessioīs: cuius nisi
terrenę ciuitatis hēat nomen: in ciuitate
terrena quę in ei⁹ noīe condita est? De his
est. n. de q̃b⁹ cantat̃ in psalmo: inuocabūt
noīa eoꝝ ī terris ip̄oꝝ: ꝓpter qđ seq̃t̃ eos
qđ in alio psalmo scp̃tū est: dn̄e ī ciuitate
tua imaginē eoꝝ ad nihilū rediges. Fili⁹
aūt Seth hoc ē filius resurrectoīs: speret
inuocare nom̄ dn̄i đi. Eam q̃ppe sonetatē
hoīum pręfigurat quę dicit: ego aūt sicut
oliua fructifera ī domo dei: speraui ī mi-
sericordia dei. Vanas autē gl̃ias famosi
in terra noīs non req̃rat. Beatus eniꝫ uir
cui⁹ est nomē dn̄i spes eius: et nō respexit
in uāitates et insanias falsas. Propositis
itaq; duabus ciuitatibus: una in re huius
sęculi: altera ī spe dei: tāq̃ ex cōi quę apta
est in Adam ianua mortalitatis egressis:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ut percurrant & discurrant ad discretos ꝓpos & debitos fines: incipit dinumeratio temporꝝ in qua & alię generationes aditiunt: facta recapitulatõe ex Adam: ex cuiꝰ origine dãnata ueluti massa una: meritę damnatiõi tradita fecit deus alia in cõtumeliã uasa irę: alia in hõrem uasa misericordię: illis reddẽs qđ debetur in pęna: istis donans qđ nõ debet in grã: ut ex ipa etiã compatiõe uasoꝝ irę: superna ciuitas discat quę pegrinat in terris: non fidere libertate arbitrii sui: sꝫ speret inuocare nomẽ dñi dei: qm̃ uolũtas in natura quę facta ẽ bona a bono deo: sꝫ mutablis ab imutabili: ex nihilo ab eo qui est: et a bono põt declinare ut faciat malũ: qđ fit libero arbitrio: et a malo ut faciat bonũ: quod non fit sine diuino adiutorio.

HOc itaq; libero Caplm.xxii.
uolũtatis arbitrio: generatiõe humana ꝓgrediente atq; crescente facta est pmixtio: et iniqtate participata quędam utriusq; cõfusio ciuitatis. qđ malũ a sexu fęmineo cãm rursus inuẽit: nõ qdem illo mõ quo ab initio. Non enĩ cuiusq̃ etiã tũc fallacia seductę illę fęmię ꝑsuaserit pctm uiris: sꝫ ab initio quę prauis moribꝰ fuerant i terrena ciuitate id ẽ in terrigenarũ societate: amatę sunt a filiis dei ciuibꝰ scilꝫ pegrinãtis in hoc sęculo alteriꝰ ciuitatis: ꝓpter pulcritudinẽ corpm. qđ bonũ dei qdem donũ est: sꝫ ꝓpterea id largit etiaꝫ malis: ne magnũ bonum uideatur boĩs. Deserto itaq; magno bono & bonorũ ꝓprio: lapsus ẽ factꝰ ad bonũ minimũ: non bonis propriũ sꝫ bonis malisq; cõe: ac sic filii đi filiaꝝ hoĩm amore sunt capti: atq; ut eis cõiugibus fruerent in amorẽ societatis terrigenę defluxerit: deserta pietate quã i scã societate seruabãt. Sic.n. corpis pulcritudo: a deo qdem factũ sꝫ tempale carnale infimũ bonũ: male amat postposito đo ęterno: iterno: sempiterno bono: quẽadmodum iustitia deserta & aurum amatur ab auaris: nllo peccato auri sed homĩs. Ita se habet oĩs creatura. Cum enĩ bona sit: et bene põt amari & male. bene scilicet ordine custodito: male aũt ordĩe pturbato. Quod i laude qdam creatoris breuiter uersibꝰ dixit. Hęc tua sunt bona sunt: qa tu bonꝰ ista creasti. Nihil nostrũ est in eis nisi qđ peccamꝰ amãtes. Ordine neglecto ꝓ te qđ condit abs te. Creator aũt si ueraciter amet: hoc ẽ si ipe nõ aliud ꝓ illo qđ nõ est ipe amet: male amari nõ põt. Nam et amor ipse ordĩate amãdus est: quo bene amat quod amandũ est: ut bene sit i nobis uirtus qua uiuitur bene. Vnde m̃ uidet ꝙ diffinitõ breuis et uera uirtutis: ordo est amoris. Propter qđ in scõ cantico canticoꝝ cãtat sponsa christi: ciuitas dei. Ordinate i me caritatẽ. Huiꝰ igr caritatis hoc est dilectõnis & amoris ordine pturbato: deũ filii dei neglexerit: et filias hoĩum dilexerũt: qbus duobus nominibus satis ciuitas utraq; discernit. Neq;.n. et illi nõ erãt filii hoĩm ꝑ naturã: sꝫ aliud nomen habere cęperant ꝑ gratiam.

NAm et in eadem Caplm.xxiii.
scptura ubi dicti sũt dilexisse filias hoĩm filii dei: iidem dicti sunt etiã angeli dei. unde illos multi putant nõ homines fuisse sed anglos. Quam quęstionem nos transeunter cõmemoratam: in tertio huiꝰ operis libro reliqmus insolutam. utrum possint angli cum spiritus sint corpaliter coire cum fęminis. Scriptum ẽ eniꝫ. Qui facit angelos suos spiritus: id est eos qui natura spũs sunt facit esse angelos suos: iniungendo eis offitium nuntiandi. Qui eniꝫ gręce dicit angelos: qđ nomẽ latina declinatiõe angelus ꝑhibet: latina lĩgua nuntius interpretatur. Sed utrum eoruꝫ corpora consequẽter adiunxerit dicẽdo: et ministros suos ignem ardentem: an ꝙ caritate tanq̃ igne spũali feruere debeant ministri eius: ambiguuꝫ est. Apparuisse tamen hõibus angelos i talibꝰ corpibus:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ut non ſolum uideri uerum etiam tangi poſſent: eadem ueriſſima ſcr̃a teſtat̃. Et qm̃ creberrima fama ẽ: multiq; ſe expros uel ab eis qui experti eẽnt: de quoꝝ fide dubitandum non eſt audiſſe confirmant: ſiluanos & faunos quos uulgo íncubos uocant: ĩprobos ſępe extitiſſe mulieribꝰ: & earum appetiſſe ac pegiſſe cõcubitũ: et quoſdaꝫ dęmoẽs quos duſios galli nũcupant: hanc aſſidue ĩmunditiã & tẽptare et efficere plures taleſq; aſſeuerant: ut hoc negare ĩpudẽtęq; uideat̃. Non hínc aliqd audeo temere defínire: utrum aliq ſpũs elemento aereo corporati ſũt: nã hoc elementũ etiã cũ agitat̃ flabello: ſenſu corpis tactuq; ſentit̃: poſſínt etiã hanc pati libidínem: ut quõ poſſũt ſeminantibꝰ fęmínis miſceant̃. Dei tam̃ angelos ſcõs nullo mõ illo tempore ſic labi potuiſſe crediderim: nec de his dixiſſe aplm̃ Petrũ. Si eniꝫ deꝰ angelis peccantibꝰ non pepcit: ſꝫ carceribꝰ caligínis ínferi retrudẽs tradidit ĩ iudiciõ puniẽdos reſeruari: ſed potíus de illis q ꝑmũ apoſtatãtes a deo cũ diabl̃o ꝓncipe ſuo ceciderunt: q ꝑmũ hoĩem p ínuidiam ſerpentína fraude decepit. Angelos aũt fuiſſe etiã dei hoĩes nuncupatos: eadem ſcr̃a ſcã locupletiſſima teſtis eſt. Nam & de Iohãne ſcr̃ũ eſt. Ecce mitto anglm meũ ante faciẽ tuã: q prępabit uiam tuã. Et Malachias ꝓpha ꝓpria quadã id eſt ꝓpe ſibi ĩprita gr̃a dictus ẽ angl̃s. Veruꝫ hoc mouet quoſdã: q ex illis q dicti ſunt angli dei: et ex mulieribꝰ quas amauerũt: nõ q̃ſi hoĩes generis nr̃i ſꝫ gigãtes legimꝰ eẽ natos: q̃ſi ů corpa hoĩm modũ noſtrũ longe excedentia: qđ etiã ſupra cõmemorauí: nõ etiã nr̃is tpibus nata ſint. Nonne ante paucos annos cũ romanę urbis qđ a gothis factũ eſt ꝓpĩquaret excidium: romę fuit fęmína cũ ſuo pr̃e & ſua mr̃e: quę corpe q̃dãmõ gigãteo longe cęteris ꝑmíneret: ad quã uiſendã mírablis fiebat uſq; q̃q; cõcurſus. Et hoc erat maxĩę ad-

mirationi: q ambo pntes eius nec ſaltem tam longi hoĩes erãt: q̃ longiſſios uidere cõſueuímus. Potuerũt igit̃ gigãtes naſci: et ꝑuſq; filii dei q & angeli dei dicti ſunt: filiabꝰ hoĩm hoc eſt ꝑm hoĩem uíuentíum miſcerent̃: filii ſcilꝫ Seth filiabꝰ Cayn. Nã & canonica ſcr̃a ſic loq̃t̃: ín quo libro hęc legimus: cuiꝰ uerba iſta ſunt. Et fct̃m eſt poſtq̃ cęperunt hoĩes multi fieri ſuper terrã: et filię natę ſũt illis: uidẽtes angeli dei filias hoĩum qa bonę ſunt: ſumpſerũt ſibi uxores ex oĩbus quas elegerãt. Et dixit dñs deus. Non pmanebit ſpũs meꝰ ín hõibꝰ his ín ętern̄ũ: ꝓpter q caro ſũt. Erunt autẽ dies eoꝝ centũ uígínti anni. Gigãtes autẽ erant ſup terrã ín diebꝰ illꝭ. Et poſt illud cũ íntrarẽt filii dei ad filias hoĩm & generarẽt ſibi: illi erant gigãtes a ſęculo hoĩes nomínati. Hęc libri uerba diuíni ſatis índicãt: tam illis diebꝰ fuiſſe gigãtes ſup terram: qñ filii dei acceperũt uxores filias hoĩm: cũ eas amarẽt bonas id eſt pulcras. Cõſuetudo qppe ſcripturę huiꝰ eſt: etiã ſpetioſos corpe bonos uocar̃. Sed et poſtq̃ hoc fct̃m ẽ nati ſũt gigãtes. Sic eniꝫ aut. gigãtes aũt erant ſup terram ín diebꝰ illis. Et poſt illud: cũ íntrarẽt filii dei ad filias hoĩm. Ergo & añ ín illis diebus & poſt illud. Quod aũt ait et generabant ſibi: ſatis oſtendit q ꝑius antęq̃ ſic caderent filii dei: deo generabant non ſibi: id ẽ nõ dñante ſibi libidíe coeundi: ſꝫ ſeruiente offício ꝓpagandi: nõ famíliam faſtus ſui: ſꝫ cíues ciuitatis dei: q̃bus annũtiauerant tanq̃ angeli dei: ut ponerent ín deo ſpem ſuã: ſimiles illiꝰq natus ẽ de Seth filius reſurrectõnis: et ſperauit ínuocare nomẽ dñí dei: ín qua ſpe eſſent cũ ſuís poſteris coheredes ęternoꝝ bonoꝝ: et ſub deo pr̃e fr̃es filioꝝ. Non autẽ illos ita fuiſſe angl̃os dei ut homíes non eẽnt: ſicut putant qdam: ſed hoĩes ꝓculdubio fuiſſe ſcr̃ura ipſa ſine ulla ambiguitate declarat. Cũ eniꝫ pręmiſſũ eſſet q uidẽtes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

·XV·

angeli dei filias hominum qa bonę sunt: sumpserunt sibi uxores ex oībus quas elegerant: mox adiunctū est et dixit dns deus: nō pmanebit spūs meus in hoībus his in ęternū: propter qp caro sunt. Spūs dei quippe fuerūt facti angeli dei & filii dei. sed declinando ad inferiora homies dicūtur noie nature non grauę: dicuntur & caro desertores spiritus: et deserēdo deserti. Et septuaginta qdem interpretes: et angelos dei dixerūt istos & filios dei: quod qdem etiā non habēt oēs codices. nā qdam misi filios dei nō habēt. Aquila autē quē interpretem iudei ceteris anteponunt: nō angelos dei nec filios dei: sed filios deoy interpretatus est. Vtrūq; aūt uerum est. Nam & filii dei erāt: sub quo patre suorū patrū etiā fratres erant. filii deoy: quomiā a diis geniti erant: cū qb9 etiā ipi dii erant: iuxta illud psalmi. Ego dixi dii estis: et filii excelsi omēs. Merito enī credūtur septuaginta interpretes accepisse propheticū spiritū. ut siquid eius auctre mutarent: atq; aliter q̄ erat quod interpretabanē dicerent: neq; hoc diuin9 eē dictū dubitareē. Quāuis hoc i hebreo eē perhibeaē ambiguū: ut filii dei & filii deoy posset interpretari. Omictam9 igiē earū scripturarū fablas quę apocrifę nuncupantur: eo qp earum occulta origo non claruit pribus: a qbus usq; ad nos auctoritas ueratium scripturarum certissima & notissima successione puēit. In his autem apocrifis & si inuemē aliqua ueritas: tn ppter multa falsa nlla ē canōica auctas. Scripsisse quidem nōnulla diuina Enoch illū septimū ab Adam negare nō possumus: cū hoc in epistola canonica Iudas apls dicat. Sed non frustra nō sunt in eo canone scripturarum: q seruabaē in tēplo hebrei populi succedētium diligentia sacerdotum. Cur aūt hoc: misi qa ob antiqtatē suspectę fidei iudicata sunt: nec utrū hęc eēnt quę ille scripsisset poterat inuēiri: non talibus pferentibus q ea per seriem successionis repirenē rite seruasse. Vnde illa quę sub eius nomie pferuntur: etiam continent istas de gigātibus fabulas: qp non habuerūt hoies patres: recte a prudentib9 iudicanē non ipius eē credenda: sicut multa sub nōibus & alioy ppha y: et recentiora sub nōibus apostolorum ab hereticis pferunē: quę oīa sub noie apocrifoy ab auctoritate canonica diligenti examinatiōe remota sunt. Igiē scdm scpturas canōicas hebreas atq; christianas: multos gigātes añ diluuiū fuisse dubiū nō est: et hos fuisse ciues terrigenę sonetatis hoim: dei aūt filios q scdm carnem de Seth propagati sunt: in hāc sonetatē deserta iustina declinasse. Nec mirandū est: qp etiā de ipis gigantes nasci potuerit. Neq; enī omēs gigantes fuerūt: sī magis multi utiq; tūc fuerunt: q̄ post diluuium tempibus ceteris. Quos propterea creaē placuit creatori: ut hinc etiā ostēderet: non solū pulcritudines uerū etiā magnitudines & fortitudines corporum non magnipēdendas esse sapienti: q spūalib9 atq; immortalibus lōge melioribus atq; firmioribus: et bonoy prohis nō bonoy malorumq; cōmunibus beatificaē bonis. Quā rem alius propha cōmendans ait. Ibi fuerūt gigātes illi noīati: q ab initio fuerunt staturosi: scientes prelium. Non hos elegit dominus: nec uiā scięnę dedit illis: sed interierunt quia non habuerunt scientiā: perierūt ppter incōsiderātiam.

QVod aūt dixit deus: erūt dies illoy centū uigīti anni: non sic accipiendum est: quasi prenūtiatum sit post hęc hoies centū uigīti annos uiuendi nō transgredi: cū & post diluuiū etiā qngētos excessisse iueniam9. Sed intelligendum est hoc deū dixisse cū circa finem qngentoy annoy esset Noe: id ē quadringentos octogīta uitę ānos ageret: quos more suo scptura qngentos Cap. xxiiii.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uocat: nomine totius maximam partem plerūq; significans: sexcentesimo quippe anno uite Noe: secūdo mense factum est diluuiū. Ac sic centū uigīti āi predicti sunt futuri uite hoīum perituroꝝ: qbus transactis diluuio delerent̄. Nec frustra credit̄ sic factum esse diluuium: iam non inuentis in terra qui non erant digni tali morte defūgi: qua i impios undicatum est: nō q hic quicq̄ bonis qnq; morituris tale genus mortis fanat aliqd quod eis possit obesse p mort̄. Verūtamen nullus eoꝝ a diluuio mortuus ē: quos de semīe Seth ppagatos sca scptura cōmemorat. Sic aūt diuinitus diluuii causa narrat̄. Videns inqt dns deus quia multiplicate sunt malīe hoīm sup terrā: et q unusq̄sq; cogitat i corde suo diligēter sup maligna oēs dies: cogitauit qa fecit hoīem super terrā: et recogitauit & dixit ds. Delebo hoīem quē feci a facie terre: ab hoīe usq; ad pecus: et a reptilib9 usq; ad uolatilia celi: qa tratus sum quoniam feci eos.

IRa dei non perturbato animi eius est: sz iuditiū quo irrogat̄ pēna peccato. Cogitato uero eius & recogitatio: mutandaꝝ rerū est imutabilis ratio. Neq; enī sicut hoīem ita deū cuiusq̄ facti sui pēnitet: cui9 est de oībus oīno rebus tā fixa sententia q̄ certa prescīa. Sed si non utat̄ scptura talib9 uerbis: non se quodammodo familiarius insinuabit oīi generi hoīm qbus uult esse consultū; ut et terreat superbientes: et exerceat querentes: et excitet negligentes: et alat intelligētes. Quod non faceret: si nō se pus inclinaret et quodāmodo descēderet ad tacentes. Quod aūt etiā interitum oīum aīalium terrenoꝝ uolatiliūq; denuntiat: magnitudinē futurę cladis effatur: non aīantibus rōnis expertibus tanq̄ & ipsa peccauerint mīnat̄ exitiū. Ca.xxvi.

IAm uero q Noe hōi iusto & sicut de illo scriptura ueridica loquitur in sua generatione pfecto: non utiq; sicut persistendi sunt cines ciuitatis dei i illa imortalitate qua eq̄but̄ angelis dei: sed sicut ee posslūt in hac pegrinatōe pfecti: impar deus ut arcam faciat: in qua cū suis id ē uxor filiis & nuribus: et cū aīalibus que ad illū ex dei precepto i arcam ingressa sūt liberaret̄ a uastitate diluuii: pculdubio figura est peregrinātis in hoc seculo ciuitatis dei: hoc est ecclie que fit salua p lignum in quo pependit mediator dei et hoīm homo xp̄us Ihs. Nam & mensure ipe lōgitudinis et latitudīs & altitudīs eius: significant corpus hūanū: in cuius ueritate ad hoīes prenūciatus est uenturꝰ: et uenit. Humani qppe corpis lōgitudo a uertice usq; ad uestigia: sexies tantum habet q̄ latitudo que ē ab uno latere usq; ad alterū latus: et denes tm̄ q̄ altitudo: cuius altitudinis mensura est in latere a dorso usq; ad uentrem: uelut si iacentem hoīe; metaris supinū seu pronū: sexies tantū longus est a capite usq; ad pedes: q̄ latus a dextera i sinistrā ul'a sinistra in dextram: et denes q̄ altus a terra. Vnde facta est arca trecentorū in longitudine cubitoꝝ: et q̄nquagīta in latitudine: et & trigīta in altitudine. Et q ostium in latere accepit: profecto illud est uulnus quādo latus crucifixi lancea pforatū est. Hac qppe ad illū uenientes ingrediunt̄: quia inde sacramenta manarunt quibus credentes inuantur. Et q de lignis quadratis fieri iubetur: undiq; stabilem uitā sanctoꝝ significat. Quacūq; enī; uerteris quadratū: stabit. Et cetera que in eiusdem arce constructōne dicūtur: ecclesiastica ꝝ signa sunt rerum. Sed ea nunc prosequi longum ē. et hoc iam fecimus i opere qd̄ aduersus Faustum manicheū scripsimus: negantem in libris hebreorum aliqd de christo ee prophetatum. Et fieri quidem potest: ut & nobis quispiam et alius alio exponat hec aptius: dū tñ ea que dicunt̄

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ad hanc de qua loqmur dei ciuitatem: in hoc seculo maligno tanqm in diluuio pe-grinātem oīa referantur: si ab eius sensu qui ista conscripsit: non uult longe aberrare qui exponit. Exempli gratia: uelut si qspiam quod hic scptum est arce iferiora bicamerata & tricamerata faties ea: non quod ego i illo opere dixi uelit intelligi: quia ex oībus gentib9 ecclesia cōgregat: bicameratā dictā ppter duo genera hoīz circūcisionem scilicet & preputium: quos apls et alio modo dicit iudeos et grecos: tricameratam uero eo q omēs gentes de tribus filiis Noe post diluuium reparate sunt: sed aliud dicat aliquid quod a fidei regula nō sit alienū. Nam qm non solum in inferioribus mansiones habere arcam uoluit: uerū etiam in superioribus: et hec dixit bicamerata: et in supiorib9 supiorz: et hec appellauit tricamerata: ut ab imo sursum uersus tertia consurgeret hītatio: possunt hec intelligi & illa tria que commendat apls: fides: spes: caritas: possunt etiaz multo cōuenientiꝰ tres ille ubertates euanglice: tricena: sexagena: centena: ut in infimo habitet pudicitia coniugalis: supra uidualis: atq hac supior uirginal': & siquid melius sm fidem ciuitatis huiꝰ intelligi & dici pōt. Hoc etiaz de ceteris que hic exponenda sunt dixerim: quia et si non uno disserūtur modo: ad unam tn catholice fidei concordiā reuocāda sunt.

Non tamē qsqm Capl'm. xxvii.
putar debet: aut frustra hec eē cōscripta: aut tantūmodo rerum gestarum ueritatē sine ullis allegoricis sigficatōib9 hic esse querendam: aut e cōtrario hec oīo gesta nō esse: sz solas esse uerborz figuras: aut quidqd illud est nequaq ad pphetiaz ecclie ptinere. Quis. n. nisi mente puersus inaniter scriptos esse contendat libros: p annorz milia tanta religiōe & tā ordīate successionis obseruantia custoditos: aut solas res gestas illic intuēdas: ubi certe ut alia omictam: si numerositas aīalium cogebat arce tantā fieri magnitudinem: immūda bina et mūda septena ītromicti aīmalia quid cogebat: cū equali numero possent utraq seruari? Aut uero deus q propter reparandum genus seruanda precepit: eo modo illa quo īstituerat restituere non ualebat? Qui uero non esse gesta: sz solas rerū significandarz figuras eē contendūt: pmum opinant tā magnū fieri non potuisse diluuium: ut altissimos montes qndecim cubitis aqua crescendo transcenderet: propter olimpi uerticem montis supra quā perhibētur nubes non posse conscendere: q tam sublimis q celū sit: ut nō ibi sit aer iste crassior ubi uenti nebule imbresq gignūtur: nec actendūt oīum elementorum crassissimā terram ibi esse potuisse. An forte negant esse terraz uerticem montis. Cur igr usq ad illa celi spatia terris exaltari licuisse: et aqs exaltari non licuisse contendūt: cū isti mensores & pensores elementorum aquas terris phibeant supiores atq leuiores? Quid itaq rationis afferunt: quare terra grauior & inferior locū celi tranqllioris inuaserit per uolumina tot annorum: et aqua leuior ac superior permissa non sit hoc facere saltem ad tempus exiguum? Dicunt etiā non potuisse capere arce illiꝰ quātitatem aīmalium genera tam multa in utroq sexu: bina de īmundis: septena de mundis. Qui mihi uidētur non computare insi trecenta cubita longitudinis: et latitudinis quinquaginta: triginta altitudinis: nec cogitare aliud tantū esse in superioribus: itemq aliud tantū in superioribus superiorū: ac per hoc ter ducta illa cubita fieri nōgenta per longum: centum qnquaginta per latum: nonaginta per altum. Si autē cogitemus quod Origenes non ineleganter astruxit: Moysen scilicet hominē dei eruditum sicut scptum est omī sapientia egiptiorz: q geometricā

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dilexerunt: geometrica cubita significare potuisse: ubi unū quātum sex nr̄a ualere asseuerant: quis non uideat quātum rerū capere potuit illa magnitudo? Nam illd̄ quod disputāt tantę magnitudīs arcam non potuisse compingi: ineptissīe calumniantur: cū sciant immensas urbes fuisse constructas: nec actendunt centū annos quibus arca illa est fabricata. Nisi forte lapis lapidi adherere pōt sola calce coniunctus: ut murus ꝑ tot milia circūagat̄: & lignum ligno per suscudines epyros clauos gluten bituminis non potest adherere: ut fabricaretur arca non curuis sꝫ rectis lineis longe lateq; porrecta: quā nullus in mare mictat conatus hominū: sed leuet unda cū uenerit naturali ordīe ponderum: magisq; diuina prouidentia q̄ hūana prudentia natantem gubernet: ne incurrat ubicunq; naufragium. Quod autem scrupulosissime quęri solet de minutissimis bestiolis: nō solum quales sunt mures & stelliones: uerum etiam quales locustę: scarabei: muscę: deniq; et pulices: utrum nō amplioris numeri in arca illa fuerint q̄ qui est definitus: cū hoc īparet deus: prius admonēdi sunt quos hęc mouent: sic accipiendum esse quod dictū est quę reptant super terram: ut necesse non fuerit conseruari in arca quę possunt in aquis uiuere: non solū mersa sicut pisces: uerum etiā supnatantia sicut multę alites. Deinde cum dicitur masculus & fęmina erunt: profecto intelligitur ad repanduꝫ gen⁹ dici. Ac ꝑ hoc nec illa necesse fuerat ibi eē: quę possunt sine cōcubitu de qb⁹q; rebus uel rerum corruptiōibus nasci: uel si fuerūt sicut ī domibus eē consueuerūt: sn̄ ullo numero definito eē potuisse. Aut si misterium sacratissimum qd̄ agebatur: & tantę rei figura etiam in ueritate facti aliter non posset impleri: nisi ut om̄ia ibi certo illo numero eēnt quę uiuere ī aquis natura prohibente non possent: non fuit ista cura illius homīs uel illorū hominuꝫ: sed diuina. Non enī ea Noe capta intromictebat: sed uenientia & intrantia permictebat. Ad hoc enī ualet quod dictum est: intrabunt ad te. non scilicet hoīs actu sed dei nutu: ita sane ut nō illic fuisse credenda sint quę sexu carent. Pręscriptum est enī atq; diffinitum: masculus et fęmīa erunt. Alia sunt quippe quę de quibusq; reb⁹ sine concubitu ita nascunt̄: ut postea concūbant & generent: sicut muscę. alia uero in quibus nihil sit maris & fęminę sicut apes. Ea porro quę sic habent sexuꝫ ut non habeant fętum sicut muli et mulę: mirū si ibi fuerunt: ac non potius pentes eorū ibi fuisse suffecerit: eq̄nū uidelꝫ atq; asininū genus: et siqua alia sūt quę commixtione diuersi generis genus aliquod gignunt. Sed et si hoc ad misterium pertinebat: ibi erant: habet enī & hoc genus masculum & fęminā. Solet etiaꝫ mouere nōnullos: genera escarum quę illic haber̄ poterant aīmalia quę non nisi carne uesci putātur: utrum pręter numerum ibi fuerint sine transgressione mādati: quę aliorꝫ alendorū necessitas illic coegisset includi. an uero quod potius est credendū pręter carnes aliqua alimēta esse potuerūt: quę oībus conuenirent? Nouimus. n. q̄ multa aīmalia quibus caro cibus est frugibus pomisq; uescantur: et maxime fico atq; castaneis. Quid ḡ mirū si uir ille sapiens et iustus: etiam diuinitus admonitus qd̄ cuiq; cōgrueret: sine carnibus aptā cuiq; generi alimoniā pręparauit & cōdidit? Quid ē aūt quo uesci nō cogeret fames? Aut quid non suaue aut salubre facere posset deus: qui etiā ut sine cibo uiuerent diuina facilitate donaret: nisi ut pascerentur etiam hoc implendę figurę tanti misterii cōueniret? Non autem ad pręsignādam ęcclesiā ꝑtinere tā multiplicia rerū signa gestarū: nisi fuerit cōtentiosus nemo ꝑmictitur opinari. Iam enī gentes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ita ęcclesiam repleuerunt: mūdiq; & immundi donec certum pueniatur ad finē: ita eius unitatis quadam compagine cōtinentur: ut ex hoc uno manifestissimo: etiam de cęteris quę obscurius aliquanto dicta sunt & difficilius agnosci quęunt: dubitari fas non sit. Quę cum ita sint: sic nec inaniter ista esse conscpta putare qsq̄ uel durus audebit: nec nihil significare cum gesta sint: nec sola dicta esse significatiua non facta: nec aliena esse ab ęcclia significanda probabiliter dici potest: sed magis credēdum est & sapienter eē memorię literisq; mādata: et gesta eē & sig̃ficare aliquid: et ipsum aliquid ad prefigurandam ęcclesiam ptinere. Iam usq; ad hunc articulum pductus liber iste claudendus est: ut ambarū ciuitatum cursus terrenę scilicet et scdm hoīem uiuentis: et cęlestis ꝟm deū post diluuiū & deinceps in rebus consequētibus reqratur.

AVRELII·AVG·DE·CIVITATE DEI·LIBER·XVI·INCIPIT·

ſuis: & tamen poſtea quaſi hoc etiam in ordine ſequeretur temporũ: et erat inqt oĩis terra labium unũ & uox una omnibus. Quomodo ergo ſcđm ſuas gentes & ſm ſuas linguas erant: ſi erat una omnibus: niſi qa ad illđ quod iam tranſierat recapitulando eſt reuerſa narratio? Sic ergo & hic cũ eſſet dictum et fuerũt dies Thare in charra quinq; & ducenti anni et mortuus eſt Thare in charra. Deinde ſcriptura redeũdo ad id quod ideo prętermiſerat ut ꝑus de Thare id quod inchoatum fuerat cõpleretur. Et dixit inqt dominus ad Abram. exi de terra tua ꝛc. Poſt quę dei uerba ſubiungitur. Et exiit Abram quemadmodum locutus eſt illi dominus: et abiit cum illo Loth. Abram autem erat quinq; & ſeptuaginta annoꝝ cũ exiit ex charra. Tũc itaq; hoc factum eſt quando pater eius centeſimum quadrageſimum & quintum annum agebat ętatis: tũc enim fuit huius ſeptuageſimꝰ & quintus annus. Soluta eſt autem iſta quęſtio et aliter: ut ſeptuagintaqnq; anni Abrę quando egreſſus eſt de charra: ex illo computarentur ex quo de igne chaldeorum liberatus eſt: non ex quo natus eſt: tanq̃ tunc potius natus habendus ſit. Sed beatus Stephanus in actibꝰ apoſtolorum cũ iſta narraret. Deus inqt glorię apparuit Abrae patri noſtro cum eẽt in meſopotamia priuſq̃m habitaret i charra. et ait ad illum. Exi de terra tua & de cognatione tua: et domo pr̃is tui: et ueni in terram quam tibi demõſtrabo. Scđm hęc uerba Stephani: nõ poſt mortẽ pr̃is eius locutus eſt deus Abrę: qui utiq; in charra mortuus eſt: ubi cum illo & ipſe filius habitauit: ſed priuſq̃ habitaret in eadem ciuitate: iã tamen cum eſſet in meſopotamia. Iam ergo exierat a chaldeis. Quod itaq; adiungit Stephanus: tũc Abram egreſſus eſt de terra chaldeorum et habitauit in charra: non demonſtrat ꝙ ſit factum poſteaq̃m locutus eſt illi deus. Neq; enim poſt illa dei uerba egreſſus eſt de terra chaldeorum: cum dicat ei locutũ deum eſſe in meſopotamia: ſed ad totum illud tempus pertinet quod ait: tũc id ẽ ex quo egreſſus ẽ a chaldeis et habitauit in charra. Item qđ ſequitur et inde poſtq̃m mortuus ẽ pater eius collocauit illum in terra hac: in qua uos nunc habitatis & patres uestri: non ait poſtq̃ mortuus eſt pater eius exiit de charra: ſed inde poſtq̃ mortuus eſt pater eius hic eũ collocauit. Intelligendum eſt igr̃ locutum deũ fuiſſe cum Abram cũ eſſet in meſopotamia priuſq̃m habitaret in charra: ſed eũ in charram peruenisſe cum patre retento apđ ſe pręcepto dei: et inde exiſſe ſeptuageſimo et quinto ſuo: patris autem ſui centeſimo quadrageſimoqnto anno. Collocationem uero eius in terra Chanaan: non profectionem de Charra poſtq̃ mortem patris eius factam eſſe dicit: quia iam mortuus erat pater eius quãdo emit terram cuius ibi iam ſuę rei cępit eſſe poſſeſſor. Quod autem iam i meſopotamia conſtituto hoc eſt iã egreſſo de terra chaldeoꝝ dixit đs: exi de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui: non ut corpus inde eiceret quod iam fecerat: ſed ut animum auelleret dicitur. Non enim exierat inde aĩmo ſed ſpe redeundi et deſiderio tenebatur. quę ſpes & deſiderium deo iubente ac iuuãte & illo obediente fuerat amputandum. Non ſane incredibiliter exiſtimatur: cum poſtea ſecutus eſſet Nachor pr̃em ſuũ: tunc Abram pręceptũ dominĩ impleuiſſe: ut cũ Sara cõiuge ſua et Loth filio fratris ſui exiret de charra.

Capitl̃m.xvi.

IAm conſiderandę ſunt ꝓmiſſiones dei factę ad Abraam. In his enim aptora dei noſtri Ieſu xp̃i hoc eſt dei ueri oracula appere cęperunt de populo piorum: quẽ prophetica prenũnauit auctoritas. harũ ꝑma ita legit̃.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Et dixit dñs ad Abram: exi de terra tua et de cognatõe tua & de domo pris tui: et uade in terram quam tibi demonstrauero: et faciã te in gentẽ magnam: et bñdicã te et magnificabo nomẽ tuũ: et eris bñdictus. Et benedicã benedicentes te: et maledicã maledicentes te: et bñdicentur in te oẽs tribus terre. Aduertendũ est igit duas res promissas Abre. unam scilicet q terrã Chanaan possessuy fuerat semẽ ei: qd significat ubi dictũ est: uade in terrã quam tibi demonstrauero & faciam te in gentem magnam aliam uero longe prestantiorem nõ de carnali sz de spirituali semine: per qd pater ẽ non unius gentis israeliticę sed omniũ gentiũ que fidei eius uestigia consequuntur. Quod promicti cepit his uerbis. Et benedicentur in te oẽs trib9 terre. Hanc promissionem factam arbitrat Eusebius septuagesimoquinto etatis anno Abre: tanqm mox ut facta est de charra exierit Abram: qm scptura contradici nõ potest ubi legitur: Abram erat quinq; et septuaginta annoy cum exiit ex charra. Sed si eo anno facta est ista promissio: iam utiq; in charra cũ patre suo demorabatur Abram. Neq; emy exire inde posset: nisi prius ibi habitasset. Nunquid nam ergo contradicit Stephano dicenti: de9 glorie apparuit Abre patri nostro cum esset in mesopotamia priusq habitaret in charra? Sed intelligẽdũ est q eodem anno facta sunt oia: et dei promissio anteq in charra habitaret Abram: et in charra habitando eius & inde profectio: non solũ qa Eusebius in cronicis ab anno huius promissionis cõputat: et ostendit post quadringentos & triginta annos exitum esse de egipto: quãdo lex data est: uerum etiam quia id cõmemorat aplus Paulus. Ca.xvii.

PEr idem tpus eminentia erant rgna gentium: in quibus terrigenarum ciuitas hoc est sonetas hoim secm hoiem uiuentiũ: sub domiatu angloy deseroy signius excellebat: regna uidelicet tria: sichimorũ: egiptioy: assyriorũ: sed assyrioy multo erat potentius atq; sublimi9: nã rex ille Nimus Beli filius excepta india uniuersę asię populos subiugauerat. Asiam ũ dico non illam ptem que huius maioris asię una prouincia est: sed eam que uniuersa asia nũcupatur: quã q dam in alteram duarũ: pleriq; autem in tertiã totius orbis prem posuerunt. ut sint oẽs: asia: Europa: et africa: quod non equali diuisione fecerunt. Namq; ista que asia nũcupatur: a meridie p orientem usq; ad septentrionẽ peruenit. europa uero a septentrione usq; ad occidentem: atq; inde africa ab occidente usq; ad meridiem. Vnde uidentur orbem dimidium due tenere: europa & africa: aliud uero dimidium sola asia. Sed ideo ille due partes facte sunt: quia inter utranq; ab oceano ingreditur quidqd aquarũ terras interluit: et ab hoc mare magnũ nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem diuidas orientis & occidentis: asia erit in una: in altera uero europa & africa. Quapropter unum trium regnorum que tunc precellebant regnum scilicet sichimorum non erat sub assyriis: quia in europa erat. Egiptiorum autem quomodo eis nõ subiacebat: a quibus tota asia tenebatur: solis medis ut perhibetur exceptis? In assyria igitur preualuerat domiatus impie ciuitatis. Huius caput erat illa babilon cuius terrigene ciuitatis nomẽ aptissimum est id est confusio. Ibi autem Nimus regnabat post mortem patris sui Beli: q primus illic regnauerat sexagintaquinq; annos. Filius uero eius Nimus q defuncto patri successit in regnum: quinquagintaduos regnauit anos. Et habebat in regno qdraginta tres annos quãdo natus ẽ Abram: qui erat anus circiter millesimus ducentesim9 ante conditã romam: ueluti altera in occidente babilonia. Ca.xviii.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

EGreſſus ẽ ergo Abram de charra ſeptuageſimoquĩto anno ętatis ſuę: centeſimo aũt quadrageſimo & qnto patris ſui: cum Loth filio frĩs ſui & Sara cõiuge: et perrexit ĩ terram Chanaan: & peruenit uſq; ad ſychem: ubi rurſus. diuĩnum accepit oraculũ: de quo ita ſcp̃tum eſt. Et apparuit domĩus Abrę & dixit illi. Semĩni tuo dabo terram hanc. Nihil hic de illo ſemĩne et promiſſum eſt: ĩ quo pater factus eſt omnĩũ gentium: ſed de illo ſolo de quo pater ẽ unius iſraelitice gentis. Ab hoc enim ſemĩne terra illa poſſeſſa eſt. Capitl'm .xix.

DEĩnde ędificato ibi altari & ĩuocato đo Abram profectus ẽ ĩnde: & habitauit ĩ heremo: atq; ĩnde ire ĩ egiptum famis neceſſitate compulſus eſt: ubi uxorem ſuã dixit ſororem ſuã nihil mentitus. Erat enim & hoc quia propĩnqua erat ſanguĩne: ſicut etiã Loth eadem propĩnquitate cum fratris eius eẽt filius frater eius eſt dictus. Itaq; uxorẽ tacuit non negauit: coniugis tuendam pudicitiam cõmictens deo: et humanas cauens ĩſidias ut homo. Quoniam ſi periculum quãtum cauere poterat non caueret: magis temptaret deum q̃m ſperaret ĩ deo. De qua re contra calumniãtem Fauſtum manicheum ſatis diximus. Demiq; factũ eſt quod de domĩno preſumpſit Abram. Nam Pharao rex egipti q eam ſibi uxorem acceperat: grauiter afflictus marito reddidit. Vbi abſit ut credamus alieno concubitu fuiſſe pollutam. Quia multo eſt credibilius hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuiſſe pmiſſum.

REuerſo igitur Capitl'm .xx. Abram ex egipto ĩ locum unde uenerat: tũc Loth fratris filius ab illo ĩ terram ſodomorũ ſalua caritate diſceſſit. Diuites qppe facti erãt: paſtoreſq; multos pecorum habere ceperant: qbus ĩter ſe rixantibus eo modo familiarũ ſuarũ pugnantem diſcordiam uitauerunt. Poterat qppe hĩc ut ſunt humana & ĩter ipos aliqua rixa cõſurgere. Proĩnde hoc malum pręcauentis Abrę uerba iſta ſũt ad Loth. Non ſit rixa ĩter me & te: et ĩter paſtores meos & paſtoŕs tuos: qa omnes nos fratres ſumus. Nam ecce tota terra ante te eſt: diſcede a me. Si tu ĩ ſiniſtram ego ĩ dextram: uel ſi tu ĩ dextram: ego ĩ ſiniſtrã. Hĩc fortaſſis effecta eſt ĩter homines pacifica conſuetudo. ut quando terrenorum aliquid parnẽdum eſt: maior diuidat: mĩnor eligat.

CVm ergo Capitl'm .xxi. digreſſi eẽnt ſeparatimq; habitarẽt Abram & Loth: neceſſitate ſuſtentandę familię non feditate diſcordię: et Abram ĩ terra Chanaan: Loth autem eẽt ĩ ſodomis: oraculo tertio dixit domĩus ad Abram. Reſpicẽs oculis tuis uide a loco ĩ quo nũc tu es ad aglonem: et africum & orientem et mare: quia omnem terrã quã tu uides tibi dabo et ſemĩni tuo uſq; ĩ ſeculum: et faciam ſemen tuum tanq̃m arenam terrę. ſi põt aliquis dĩnumerare arenã terrę: et ſemẽ tuum dĩnumerabit̃. Surgens pambula terram ĩ lõgitudĩnẽ eius & ĩ latitudĩnem eius: qa tibi dabo eam. In hac promiſſione utrum ſit etiam illa qua pater factus eſt omniũ gentium: nõ euidenter apparet. Poteſt enĩ uideri ad hoc pertĩnere: et faciam ſemen tuum tanq̃m arenam terrę: quod ea locutione dictum eſt quam greci dicũt yperbolen: quę utiq; tropica eſt non propria. quo tamen modo ut ceteris tropis uti ſolere ſcpturam: nullus q eam didicit ambigit. Iſte autem tropus id eſt modus locutoĩs ſit: quãdo id quod dicitur longe eſt amplius q̃ quod eo dicto ſignificatur. Quis enim non uideat: q̃ ſit ĩcomparabiliter amplior arenę numerus: q̃ poteſt eẽ omnium hominum ab ipſo Adam uſq; ad terminum ſeculi? Quanto ergo magis q̃

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſemen Abraę: non ſolum quod ptínet ad iſraeliticam gentem: uerum etiam quod futurum eſt ſcđm imitationem fidei toto orbe terrarum ín oĩbus gẽtibus. Quod ſemen ſcilicet Abraę ín comparatiõe multitudínis impiorum profecto ín paucis eſt: quãuis & ipſi pauci fuerant ínnumerabilem multitudínem ſuam: quę ſignificata eſt ſcđm yperbolen p arenam terrę. Sane iſta multitudo quę promictitur Abraę: nõ deo eſt ínnumerabilis ſz hõibus. deo autem nec arena terrę. Proínde qa non tantum gens iſraelitica ſz uniuerſum ſemen Abraę: ubi eſt expreſſa promiſſio non ſcđm carnem ſed ſcđm ſpiritum plurimorum filiorum: congruentius arenę multitudíni cõparatur: poteſt hic ĩtelligi ut iteretur p̃us facta promiſſio. Sed ideo diximus q̃ non euidenter appareat: qa & illíus gentis unius multitudo quę ſm carnem nata eſt ex Abraam: per eius nepotem Iacob ín tantũ creuit: ut pene oẽs partes orbis impleuerit. Et ideo potuit & ipſa ſcđm ypbolen arenę multitudíni comparari. quia & hęc ſola ínnumera eſt homíni multitudo: terram certe illã ſolã ſignificatam quę appellata eſt Chanaan nemo ambigit. Sed quod dictum eſt tibi dabo eam & ſemíni tuo uſq; ín ſęculum: poteſt mouere nõnullos: ſi uſq; ín ſęculuz ínteligant ín ęternum. Si autẽ ín ſęculũ hoc loco ſic accipiant quemadmodum fideliter tenemus: ínitium futuri ſęculi a fine preſentis orditi: nihil eos mouebit. quía & ſi expulſi ſunt iſraelitę de hieroſolimis: manent tamen ín aliis cíuitatib9 terrę Chanaan: et uſq; ín finẽ manebunt: & uniuerſa terra illa cũ a chriſtianis ínhabitatur etiam ipſm ſemen eſt Abraę.

HOc reſponſo Capĺm .xxii. p̃miſſionis accepto migrauit Abrã & manſit ĩ alio eíuſdem terrę loco: id eſt iuxta quercum Mambre quę erat ebron. Deínde ab hoſtibus q ſodomis irruerãt; cum q̃nq; reges aduerſus quatuor belluz gererent: et uictis ſodomitis etiam Loth captus eſſet: liberauit eum Abram adductis ſecum ín prelium trecentis decem & octo uernacalis ſuis: et uictoriã fecit de regibus ſodomorum: míhilq; ſpoliorũ auferr̃ uoluit: cum rex cui uícerat obtuliſſet. Sed plane tũc benedictus ẽ a Melchiſedech qui erat ſacerdos đi excelſi. de quo ĩ epiſtola quę ínſcribit̃ ad hebreos: quã plures Pauli apoſtoli eſſe dicunt: qdam uero negant: multa & magna conſcripta ſunt. Ibi quippe primũ apparuit ſacrificium: quod nunc a xp̃ianis offert̃ deo toto orbe terrarum: impleturq; illud quod longe poſt hoc factum per ꝓphãm dicitur ad chriſtum q fuerat adhuc uenturus ĩ carnem: tu es ſacerdos ín eternũ ſcđm ordínem Melchiſedech: non ſcilicet ſcđm ordĩem Aaron q ordo fuerat auferẽdus: illuceſcentib9 reb9 quę illis umbris prenotabantur. Capitlm .xxiii.

EClam tunc factum eſt uerbũ domíni ad Abram ín uiſu. Qui cum ei protectionem mercedemq; ꝓmicteret ualde multam: ille de poſteritate ſolicit9 quẽdam Eliezer uernaculum ſuũ futuruz ſibi dixit heredem. Contínuoq; illi promiſſus eſt heres: non ille uernaculus ſed qui de ipo Abram fuerat exiturus: rurſuſq; ſemen ínnumerabile nõ ſicut arena terrę ſed ſicut ſtellę cęli. ubi mihi magis uídet̃ ꝓmiſſa poſteritas cęleſti fęlicitate ſublimis. Nam quãtum ad multitudĩem pertínet: quid ſunt ſtellę cęli ad arenam terrę? Niſi quis & iſtam comparatõnem ín tantum eſſe ſimilem dicat: ín quantum etiam ſtellę dínumerari non ualent. quía nec omnes eas uideri poſſe credendũ eſt. Nã quanto quiſq; acutius íntuetur: tãto plures uidet. Vnde & acerrie cernẽtib9 aliquas occultas eẽ merito exiſtimatur: exceptis eis ſideribus quę ín alia parte orbis a nobis remotiſſia oriri & occidẽ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

perhibentur. Postremo qcunq; uniuersuz stellarum numerum comprehendisse & conscripsisse tactanť: sicut Aratus & Eudoxius: uel siqui alii sůt: eos libri huius contempnit auctoritas. Hic sane illa sententia ponitur cuius apostolus memínit propter dei grauam commendandam: Credidit Abraam deo & reputatum est illi ad iustitiam: ne circūcisio gloriaťtur: gentesq; incircūcisas ad fidem xpi nollet admicti. Hoc enim quādo factum est ut credenti Abraę deputareť fides ad iustitiam: nondum fuerat circumcisus.

IN eodem uisu Caplm .xxiiii. cum loquęretur ei deus: etiam hoc ait ad illum. Ego deus q te eduxi de regiōe chaldeorum: ut dem tibi terram hanc ut heres sis eius. Vbi cum interrogasset Abram scđm quid sciret q̄ heres eius erit: dixit illi deus. Accipe mihi iuuēcam trimam: et capram trimā & arietem trimū: et turturem & columbam. Accepit autē ille hęc oīa & diuisit illa media: et posuit ea cōtra faciem alterum alteri. Aues autem non diuisit. Et descenderunt sicut scr̄ptum est aues: et sederunt super corpa quę diuisa erant: et consedit illis Abram. Circa solis autem occasum pauor irruit super Abram: et ecce timor tenebrosus magnus incidit ei. Et dictū est ad Abrā. Sciendo scias q̄ peregrinum erit semen tuum in terra nō propria: et in seruituteˇ redigēt eos & affligent eos q̄dringentis annis. gentem autem cui seruierint iudicabo ego. Post hęc uero exibunt hinc cū suppellectili multa. Tu autē ibis ad pres tuos cum pace: nutritus in senecta bona. Quarta uero generatione conuertent se huc. Nondum enim impleta sunt peccata amorreorum usq; adhuc. Cum autē iam sol erat ad occasum: facta est flamma: et ecce fornax fumabūda et lāpades ignis: quę pertransierunt per media diuisa illa. In die illa disposuit dns deˀ testamentuz ad Abram dicēs: semini tuo dabo terraz hāc a flumie egipti usq; ad flumē magnū eufraten: ceneos et cenezeos: et cethmoneos et cetheos: et pherezeos et raphaim: et amorreos & chananeos: et eueos & gergeseos & iebuseos. Hęc oīa in uisu facta diuinitus atq; dicta sůt. de qbus singulis enucleate disserere longum est: et intentionem operis huius excedit. Quod ergo satis est nosse debemus: posteaq̄m dictū est credidisse Abraam deo et deputatum esse illi ad iustitiam: non eum in fide defecisse: ut diceret dominator domie scđm quid sciam q̄ heres eius ero. Terrę q̄ppe illius promissa erat hereditas. Non enim ait unde sciam quasi adhuc nō crederet: sed ait scđm quid sciam: ut ei rei quā crediderat aliqua similitudo adhiberetur: qua eius modus agnosceretur. Sicut nō est uirginis Marię difficultas q̄ ait: quō fiet istud quoniam uirum non cognosco. Quod enim futurum esse certa erat: modū quo fieret inquirebat. Et hoc cū quęsisset audiuit spiritus sanctus supueniet in te: et uirtus altissimi obūbrabit tibi. Denicq; & hic similitudo data est de tribus animalibus: iuuenca: capra & ariete: et duabus uolucribus turture & columba. ut scđm hęc futurum sciret quod futurum esse iam non ambigeret. Siue ergo per iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis: per capram eadem plebs etiā peccatrix futura: per arietem eadē plebs etiam regnatura: quę aīmalia propterea trima dicuntur: quia cū sint insignes articuli temporum ab Adam usq; ad Noe: et inde usq; ad Abraam: et inde usq; ad Dauid: qui reprobato Saule primus in regno gentis israelitice est domini uolūtate fundatus: in hoc ordine tertio quitendiť ex Abraam usq; ad Dauid: tanq̄ tertiam ętatem gerens ille populus adoleuit: siue aliquid aliud cōuenientius ista significēr: nullo modo tamē dubitauerim

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſpirituales ín ea tipos pręfiguratos ad-
ditamento turturis & columbę. Et ideo
dictum eſt aues autẽ non díuiſit, quomiã
carnales ínter ſe díuiduntur: ſpirituales
autem nullo modo, ſiue a negotiis con-
uerſatiõibus hominũ ſe remoueant ſicut
turtur: ſiue ĩter illas degãt ſicut colũba.
Vtraq; tamẽ auis eſt ſimplex et ínnoxia:
ſignificans & ín illo iſraelitico poplo cui
terra illa dãda erat: futuros índiuiduos
filios promiſſionis & heredes regni ín
ęterna fęlicitate manſuros. Aues autem
deſcendentes ſuper corpora quę díuiſa
erant: non boni aliquid ſed ſpiritus ín-
dicant aeris huius paſtum quẽdam ſuum
de carnalium díuiſiõe quęrentes. Quod
autem illis conſedit Abraam: ſignificat
etiam ínter illas carnalium díuiſioẽs ſpi-
rituales eſſe nonnullos: ueros uſq; ín finẽ
ſęculi pſeueraturos fideles. Et circa ſolis
occaſum q; pauor irruit ín Abraam: &
timor tenebroſus magnus: ſigficat circa
huius ſęculi finem magnam pturbationẽ
ac tribulationem futuram fidelĩũ: de qua
dominus dixit ín euangelio. Erit enĩ tũc
tribulatio magna q̃lis non fuit ab ínitio.
Quod uero dictum ẽ ad Abraam: ſcien-
do ſcias quia peregrinum erit ſemen tuũ
in terra nõ propria: et ín ſeruitutem re-
digent eos et affligẽt eos quadringentis
annis: de populo iſrael q fuerat in egipto
ſeruiturus apertiſſime prophetatum eſt.
Non q; in eaq̃ ſeruitute ſub egiptiis af-
fligẽtibus q̃dringentos annos ille popl̃s
fuerat paſſurus: ſed ín ipſis q̃dringentis
annis prędenuntiatum eſt hoc futurum.
Quę adhodum enĩ ſcriptum ẽ de Thare
pre Abraę & fuerũt dies Thare ĩ charra
quinq; & ducenti anni: non qa ibi omẽs
acti ſunt: ſ; quia ibi completi ſunt: ita &
hic propterea ínterpoſitum eſt & ín ſer-
uitutẽ redigent eos: et affligent eos qua-
dringẽtis annis: quoniam iſte numerus
ín eadem afflictõe completus eſt: non qa
ibi uniuerſus pactus eſt. Quadringenti
ſane dicuntur anni propter numeri ple-
nitudinẽ: quãuis aliquãto amplius ſint:
ſiue ex hoc tempore computentẽ quo iſta
promictebãtur Abraę: ſiue ex quo natus
eſt Yſaac propter ſemen Abraę de quo
iſta prędicuntur. Computantur enĩ ſicut
ſuperius iam diximus ab ãno ſeptuage-
ſimo & qnto Abraę: quando ad eũ facta
eſt prima promiſſio: uſq; ad exitum iſrael
ex egipto quadringenti & trigínta anni,
quorum apoſtolus ita meminit. Hoc aũt
ínquit teſtamentum confirmatum a deo
quę poſt q̃dringentos & trigínta annos
eſt facta lex: nõ ínfirmat ad euacuandã
promiſſionem. Iam ergo iſti q̃dringenti
& trigínta anni: quadringenti poterant
nuncupari: qa non ſunt multo amplius?
Quanto magis cum aliquot iam ex iſto
numero pręteriſſent: quando illa ín uiſu
demõſtrata & dicta ſũt Abraę: uel q̃ndo
Yſaac natus eſt centenario patri ſuo a
prima promiſſiõe poſt uigíntiqnq; ãnos:
cũ iam ex iſtis quadringẽtis et trigínta:
quadringenti & qnq; remanerent: quos,
deus quadringentos uoluit nomínare:
et cętera quę ſequũtur ín uerbis prędnun-
tiantis dei: nullus dubitauerit ad iſraeli-
ticum populũ pertínere. Quod uero ad-
iungitur: cum autem ſol erat ad occaſum
flãma facta ẽ: et ecce fornax fumabũda
& lãpades ignis quę tranſierũt p media
díuiſa illa: ſignificat iam ĩ fine ſęculi per
ignẽ iudicandos eſſe carnales. Sicut enĩ
affluẽtiã ciuitatis dei qualis antea nunq̃m
fuit quę ſub Antichriſto futura ſperatur:
ſignificat tenebroſo timore Abraę circa
ſolis occaſum id eſt propínquante iã fine
ſęculi: ſic ad ſolis occaſum id eſt ad ipm
iam finẽ ſęculi ſignificatur iſto igne dies
iudicii: dirimens carnales per ignem ſal-
uandos: et ín igne damnandos. Deínde
teſtamẽtum factum ad Abraam terram
Chanaan proprie manifeſtat: et nomiat

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ín ea undecim gẽtes: a flumíe egipti uſq; ad flumen magnũ eufraten. Non ergo a flumíne magno egipti hoc eſt nílo: ſed a paruo quod díuidit ĩter egiptum & paleſtínam: ubi eſt cíuitas tyrocura.

IAm hínc tempora conſequuntur filiorum Abraę: unius de Agar ancilla: alterius de Sara libera: de qbus ín libro ſuperiore iam diximus. Quod autẽ actínet ad rem geſtam: nullo modo eſt ínferendum de hac concubína crimẽ Abraę. Vſus eſt ea quíppe ad generandam prolem non ad explendam líbidínem: nec ínſultans ſẽ potius obedíẽs coniugi: quę ſuę ſterilitatẽ credidit eẽ ſolatíum: ſi fęcundum ancillę uterum quoníam natura nõ poterat uolũtate faceret ſuũ: et eo íure quo dicit apoſtolus ſílíter & uír non habet poteſtatem corporis ſui ſed mulier: utens mulier ad pariendum ex altera qđ nõ poterat ex ſeipſa. Nulla ẽ hic cupído laſcíuię: nulla nequíę turpitudo. Ab uxore cauſa prolis ancilla marito traditur: a marito cauſa prolis accipitur: ab utroq; non culpę luxus ſed naturę fructus exquíritur. Demiq; cum ancilla grauida domíne ſterili ſupbiret: et hoc Sara ſuſpitione muliebri uiro potíus imputaret: etiam ibi demonſtrauit Abraam nõ ſe amatorẽ ſeruũ: ſed liberũ fuiſſe genitorem: et ín Agar Sarę cõiugi pudicitiam cuſtodiſſe: nec uoluptatẽ ſuaz ſed uolũtatem illíus ímpleuiſſe: accepiſſe nec petiſſe: acceſſiſſe nec bebiſſe: ſemínaſſe nec amaſſe. Ait enim. Ecce ancilla tua ín manibus tuís: utere ea quomõ tibi placuerit. O uirum uíriliter utentem fęmis: cõiuge tempanter: ancilla obtempanter: nulla íntemperanter. Caplm.xxvi.

POſt bęc natus ẽ Yſmael ex Agar: ín quo putare poſſet ímplenum qđ ei promiſſum fuerat: cum ſibi uernaculũ ſuum adoptare uoluiſſet: dicente deo nõ erit beres tuus hic: ſed qui exiet de te ille erit beres tuus. Hoc ergo promiſſum ne ín ancillę filio putaret implenum: iam cũ eſſet annorum nonagínta & nouem apparuit ei domínus & dixit illi. Ego ſum deus: place ín conſpectu meo et eſto ſine quęrela: et ponam teſtamentũ meũ ínter me & ínter te: et ímplebo te ualde. Et procidit Abram ín faciem ſuam: et locutus ẽ illi deus dicens. Ecce ego: et ecce teſtamẽtum meũ tecũ: et eris pater multitudínis gentíum: et non appellabitur nomen tuũ adhuc Abram: ſz erit nomen tuũ Abraã: quia pẽm multarũ gentíum conſtitui te. Et augebo te ualde: et ponã te ín gentes: et reges ex te exibunt. Et ſtatuam teſtamentum meum ínter me & te: et ínter ſemen tuum poſt te ín generationes eorum ín teſtamẽtum ętternum: ut ſim tibi deus & ſemíni tuo poſt te. Et dabo tibi & ſemíni tuo poſt te terram ín qua íncola es: omnem terram Chanaan ín poſſeſſionem ętternam. et ero illi deus. Et dixit deus ad Abraam. Tu autem teſtamentum meum conſeruabis: tu & ſemen tuum poſt te ín progenies ſuas. Et hoc eſt teſtamentum meum quod cõſeruabitis ínter me & uos et ínter ſemen tuum poſt te ín generatoẽs ſuas. Circũcidetur omne ueſtrum maſculínum: et circumcideris carnem pręputii ueſtri: et erit ín ſignũ teſtamenti ínter me & uos. Et puer octo dierũ circũcidetur: et ueſtrum omnę maſculínũ ín progenies ueſtras. Vernaculus et emptitius ab omi filio alienigena qui nõ eſt de ſemíne tuo: circumciſiõe circũcidetur. et uernaculus domus tuę et emptitius. Et erit teſtamentũ meũ ín carne ueſtra ĩ teſtamentũ ęternũ: & q nõn fuerit circumciſus maſculs: qui nõ circũciđet carnem pręputii ſui octauo die: interibit ãĩma illa de genere eius qa teſtamẽtũ meũ diſſipauit. Et dixit đs ad Abraam. Sarai uxor tua non appellabit nomen eius Sarai: ſed Sara erit nomen eius. Benedicam autem illã & dabo tibi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ex ea filium: et benedicam illũ & erit in
nationes: et reges gentium ex eo erũt. et
procidit Abraam super faciem suam &
risit: et dixit in aĩmo suo dicens. Si mihi
centum annos habenti nascetur filius: et
si Sara annorũ nonaginta pariet? Dixit
aũt Abraam ad deum. Ysmael hic uiuat
in conspectu tuo. Deus autẽ dixit ad A-
braaz. Ita. Ecce Sara uxor tua pariet tibi
filium & uocabis nomen eius Ysaac: et
statuam testamentum meum ad illum in
testamentum ęternum: ut sim illi deus et
semini eius post illum. De Ysmael autem
ecce audiui te. Ecce benedixi eum & am-
plificabo et multiplicabo illũ ualde. Du-
odecim gẽtes generabit: et dabo illum in
magnam gentem. Testamentum autem
meum statuam ad Ysaac: quẽ pariet tibi
Sara in tempore hoc ad ãnum sequẽtem.
Hic apertiora promissa sunt de uocatiõe
gentium Ysaac id est in filio promissiõis:
quo significatur gratia non natura. quia
de sene & de anu sterili promictit̃ filius.
Quãuis enim & naturalem procreatiõis
excursum deus operetur: ubi tamen eui-
dens op⁹ dei ẽ uitiata & cessante natura:
ibi euidentius intelligitur gratia. Et quia
hoc nõ per generationem sed per regene-
rationem futurum erat: ideo nũc impata
est circumcisio: q̃ndo de Sara promissus
est filius. Et q̃ oẽs non solum filios: uerũ
etiam seruos uernaclos & emptitios cir-
cumcidi iubet: ad omnes istam gratiam
pertinere testatur. Quid enim aliud cir-
cumcisio significat: q̃ uetustate exuta na-
turam renouatam? Et q̃d aliud q̃ christũ
octauus dies: qui ebdomada completa:
hoc ẽ post sabbatum resurrexit? Paren-
tum mutantur & nomina. om̃ia resonãt
nouitatem: et ĩ testamento ueteri obum-
bratur nouum. Quid est enim quod dicit̃
testamentum uetus: nisi noui occultatio?
Et quid est aliud quod dicitur nouũ nisi
ueteris r̃uelatõ? Risus Abraę exultatio ẽ
gratulãtis: non irrisio diffidentis. Verba
quoq; eius illa in animo suo: si mihi centũ
annos habenti nascetur filius: et si Sara
annorum nonaginta pariet: nõ sunt du-
bitantis sed admirantis. Si quẽ ũ mouet
q̃d dictum est: et dabo tibi & semini tuo
post te terram in qua tu incola es: omnẽ
terram Chanaan in possessionem ęternã:
quomodo accipiatur impletũ siue adhuc
expectetur implendum: cũ possessio quę-
cunq; terrena ęterna cuilibet genti eẽ non
possit: sciat ęternũ a nostris interpretari
quod gręci appellãt aeomon q̃d a sęculo
deriuatum est. Aeon quippe gręce sęclm
nuncupatur. Sed non sunt ausi latini hoc
dicere sęculare: ne longe ĩ aliud micterẽt
sensum. Sęcularia quippe dicũtur multa
quę in hoc sęculo sic agunt̃: ut breui etiã
tempore transeãt. Aeomon autem quod
dicitur aut non habet finem: aut usq; in
huius sęculi tenditur finem.

Item potest Capitlm .xxvii.
mouere quomodo intelligi oporteat
quod hic dictum est: masculus qui non
circumcidet carnem pręputii sui octauo
die: interibit anima illa de genere suo: q̃a
testamentum meum dissipauit: cum hęc
nulla culpa sit paruuli cuius dixit aĩam
perituram: nec ip̃e dissipauerit testamen-
tum dei sed maiores qui eum circũcidere
non curauerunt: nisi quia etiam paruuli
non scd̃m suę uitę proprietatem: s; scd̃m
cõmunem generis humani originem oẽs
in illo uno testamẽtum dei dissipauerũt:
in quo omẽs peccauerunt. Multa quippe
appellantur testamenta dei exceptis illis
duobus magnis uetere & nouo: q̃d licet
cuiq; legendo cognoscere. Testamentum
autem primum quod factum est ad ho-
minem primum profecto illud est. Qua
die ederitis morte moriemini. Vnde scp̃-
tum est in libro q̃ ęcclesiasticus appellat̃.
Om̃is caro sicut uestis ueterascet. Testa-
tum ergo est a sęclõ morte mori: eos qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

transgrediuntur pręcepta dei. Cum enim lex euidentior postea data sit: et dicat apostolus ubi autem non est lex nec pręuaricatio: quo pacto in psalmo qđ legit̃ uerum ē: pręuaricatores existimaui oēs peccatores terrę: nisi qa oēs legis alicui⁹ pręuaricatę sunt rei: qui aliquo peccato tenentur obstricti? Quamobrem si etiam paruuli qđ uera fides habet nascūtur nō proprie sz originaliter peccatores: unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur: profecto eo modo quo sunt peccatores: etiā pręuaricatores legis illius quę in ꝑadiso data ē agnoscūtur. ut uerum sit utrunqꝫ quod scriptum est: et pręuaricatores extimaui oēs peccatores terrę: et ubi lex non est: nec pręuaricatio. Ac per hoc qa circūcisio signū regenerationis fuit: non immerito ꝑuulū propter originale peccatum quo primuꝫ dei dissipatum est testamentum generatio disperdet: nisi regeneratō liberet. Sed intelligenda sunt hęc uerba diuina tanq̃m dictum sit: qui nō fuerit regeneratus interibit aīma illa de genere eius: qa testamentum dei dissipauit quando in Adam cum om̄ibus etiam ip̄e peccauit. Si enim dixisset qa hoc testamentum meum dissipauit: non nisi de ista circūcisiōe intelligi cogeret. Nunc uero quoniā nō expressit cuiusmodi testamentum ꝑuulus dissipauerit: liberum est intelligerē de illo testamento dictum cuius dissipatio pertinere possit ad paruulum. Si autem quisquam hoc non nisi de ista circumcisione dictum esse contendit: ꝙ in ea testamentum dei qui non est circumcisus dissipauerit paruulus: quęrat locutōnis aliquem modum q̄ non absurde possit intelligi: ideo dissipasse testamentum: quia licet non ab illo tamen in illo est dissipatū. Verū sic quoqꝫ aīaduertendum est nulla in se negligētia sua iuste interire incircūcisi animam peruuli: nisi originalis obligatione peccati.

Facta igitur Capl'm .xxviii. promissiōe tā magna tamqꝫ lucida ad Abraam: cui euidentissime dictum est patrem multarū gentium posui te: et augebo te ualde & ponam te in gentes: et reges exibūt ex te: et dabo tibi ex Sara filium: et benedicam illum & erit in nationes: et reges gentium ex eo erūt: quā promissionem nunc in christo cernimus reddi: ex illo deinceps illi coniuges non uocantur in scripturis sicut antea uocabātur Abram & Sarai: sed sicut nos eos ab initio uocauimus: quoniā sic iam uocantur ab om̄ibus Abraam & Sara. Cur autem mutatum sit nomē Abraę: reddita est ratio: quia patrem inquit multarum gētium posui te. Hoc ergo significare intelligēdum est Abraam. Abram uero qđ ante uocabatur interpretatur pater excelsus. De nomīe autem mutato Sarę nō est reddita ratio: sed sicut aiunt q scp̄serūt interpretationes nominum hebreoꝝ quę his literis sacris cōtinentur: Sarai interpretatur princeps mea: Sara aūt uirtus. Vnde scriptum ē in ępistola ad hebreos: fide & ipsa Sara uirtutē accepit ad emissionem seminis. Ambo autem senes erāt sicut scp̄tura testatur: sed illa etiā sterilis & liquore mēstruo iam destituta: ꝓpter quod iam parere nō posset etiā si sterilis non fuisset. Porro si fęmīa ita sit prouectioris ętatis ut ei solita mulierum adhuc fluant: de iuuene parere pōt: de seniore nō potest. quāuis adhuc possit ille senior sz de adolescentula gignere: sicut Abraaꝫ post mortem Sarę de Cethura potuit: quia uiuidam eius inuenit ętatem. Hoc ergo est qđ mirū cōmendat apostolus: et ad hoc dicit Abraę iā fuisse corp⁹ emortuum: quoniam non ex om̄i fęmina: sed ex ea cui esset adhuc aliqđ pariendi tempus extremum generare: ip̄e in illa ętate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuū corpus eius intelligere debemus: non ad

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

omnia. Nam senectus uiui: non tam cadauer est mortui. Quãuis enam sic soluí soleat ista quęstio: qđ de Cethura postea genuit Abraam: quia donum gignendi quod a domĩo accepit: etiam post obitũ mãsit uxoris. Sed propterea mihi uidẽ illa quam secuti sumus quęstionis huius soluno pręferenda: qa centenarius qdem senex sed temporis nostri de nulla potest fęmina gignere: non tunc qdem quando adhuc tam diu uiuebant ut centum anni nondum facerent hominem decrepitę senecturis. Capitulum .xxix.

ITem ds apparuit Abraę ad quercus Mambre in tribus uiris: quos dubitandum non est angelos fuisse: quamuis qdam existiment unum in eis fuisse dñm christum: asserentes eum etiã ante indumentum carnis fuisse uisibilem: eẽ qdem diuinę potestatis inuisiblis incorporalis incõmutabilisq; naturę: sine ulla sui mutatõne etiã mortalibus aspectib9 appere: nõ per id quod est: sed per aliquod quod sibi subditum est. Quid aũt illi subditum non est? Verũtamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse xp̃m: quia cum tres uidisset ad dominũ singulariter est locutus: sic enim scriptum est: et ecce tres uiri stabant sup eũ: et uidens procurrit obuiam illis ab ostio tabernaculi sui: et adorauit sup terram & dixit. Domine si inuenĩ gratiã ante te: et cętera: cur non etiam illud aduertunt: duos ex eis uemisse ut sodomitę delerentur: cum adhuc Abraam ad unum loquẽtur dominum appellans: et intercedens ne simĩl iustum cum impio in sodomis perderet? Illos autẽ duos sic suscepit Loth: ut etiã ipse in colloquio suo cũ illis singulariter dominum appellaret. Nam cum eis pluraliter dixisset ecce domini declinate in domum pueri uestri: et cętera quę ibi dicuntur: postea tamen ita legitur. Et tenuerunt angeli manũ eius & manũ uxoris eius: et manus duarum filiarum eius: eo q; dominus parceret illi. Et factũ est mox ut eduxerũt illum foras: dixerũt. Saluã fac animam tuam. Ne respexeris retro: nec steteris in tota regione. In monte saluum te fac: nequãdo comprehendaris. Dixit autem Loth ad illos. Oro domine qa inuẽit puer tuus misericordiam ante te: et quę sequũt. Deinde post hęc uerba singulariter illi respondit dominus: cum in duobus angelis esset: dicens. Ecce miserus sum faciem tuam ẽc. Vnde multo est credibilius q; et Abraam in tribus & Loth in duobus uiris dñm agnoscebãt: cui per singularem numerũ loquebãtur: etiam cum eos homĩes esse arbitrarentur. Neq; enim aliam ob causam sic eos susceperunt: ut tanq̃m mortalibus & humana refectõe indigentibus ministrarent. Sed erat profecto aliquid quo ita excellebant licet tanq̃m homĩes: ut in eis esse dominũ sicut esse assolet in prophetis: hi q hospitalitatem illis exhibebant dubitare non possent. atq; ideo & ipsos aliquãdo pluraliter ut dominos: aliq̃ndo singulariter ut in eis dominum appellabãt. Angelos autem fuisse scriptura testatur: nec solũ in hoc geneseos libro ubi hęc gesta narrãtur: uerũ etiam in epistola ad hebreos: ubi cũ hospitalitas laudaretur: per hanc inquit etiã qdam nescientes hospitio receperunt angelos. Per illos igitur tres uiros cum rursus filius Ysaac de Sara, promitteretur Abraę diuinitus datũ est etiã tale responsum: ut diceretur Abraam. erit ĩ magnã gentem & multam: et benedicentur in eo oẽs gentes terrę. Et hic duo illa breuissime plenissimeq; promissa sunt: gens israel scm carnem: et omẽs gentes scđm fidem.

POst hanc promissionẽ libato de sodomis Loth: & ueniente igneo imbre de cęlo: tota illa regio ipsę ciuitatis ĩ cinerem uersa ẽ: ubi stupra in masculos in tantã consuetudinẽ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

conualuerant: quātam leges solent aliorꝫ factorꝫ prębere licentiam. Verum et hoc eorum supplitium: specimē futuri iuditii diuini fuit. Nam ad quid pertinet ꝙ ꝓhibiti sunt q liberabātur ab anglis retro respicere: nisi qa non est aīmo redeūdum ad ueterem uitā: qua per gratiam regenerati exuimur: si ultimū iuditiū euadere cogitamꝰ? Deniq; uxor Loth ubi r̄spexit remansit: et in salem cōuersa hominibus fidelibus quoddā prestitit condimētum: quo sapiant aliquid unde illud caueatur exemplum. Inde rursus Abraam fecit ingeraris apd̄ regem ciuitatis illius Abymelech: quod ī egipto de cōiuge fecerat: eiq; ītacta similiter reddita est. Vbi sane Abraam obiurganti se regi cur tacuisset uxorem: sororemq; dixisset: aperiens qd timuerit etiam hoc addidit. Etenim uere soror mea est de patre sed nō de matre. qa de patre suo soror erat Abraę: de quo propinqua eius erat: tātę autem pulcritudinis fuit: ut etiam in illa ętate posset adamari. Capitl'm .xxxi.

POst hęc natus est Abraę scd̄m ꝓmissionem d̄i de Sara filius: eumq; nomīauit Ysaac quod interpretat̄ risus. Riserat enim & pater quādo ei ꝓmissus est admirans in gaudio: riserat et mater: quādo per illos tres uiros iterū ꝓmissus est dubitans in gaudio. Quāuis exprobrante angelo ꝙ risus ille etiam si gaudii fuit: tamen plenę fidei non fuit. Post ab eodem angelo etiā in fide confirmata est. Ex hoc ergo puer nomē accepit. Nam ꝙ risus ille non ad irridēdum opprobriū: sed ad cęlebrandum gaudium ꝑtinebat: nato Ysaac et eo noīe uocato: Sara monstrauit. Ait qppe: risum mihi fecit deus. Quicūq; enim audierit congaudebit m̄. Sed post aliquātulum tempus ancilla de domo eicitur cū filio suo: et duo illa scd̄m apostolum testamenta significātur uetus et nouum: ubi Sara illius supernę hierl'm hoc est ciuitatis dei figuram gerit.

INter hęc quę Capitl'm .xxxii.
omnia cōmemorare nimis lōgum est: temptatur Abraam de immolādo dilectissimo filio suo Ysaac: ut pia eius obedīa probaretur: sęculis in notitiam ꝓferēda non deo. Neq; enim omnis est culpanda temptatio: quia & gratulanda est qua fit probatio. Et plęrunq; aliter animus humanus sibiipi innotescere non potest: nisi uires suas sibi nō uerbo sed experimēto: temptatōne quodammodo interrogante respondeat. ubi si dei munus agnouerit: tunc pius est: tūc solidatur firmitate gr̄ę: non inflatur inanitate iactantię. Nunq̄m sane crederet Abraam qa uictimis deus delectaretur humanis: quamuis diuino intonante pręcepto: obediendum sit nō disputandū. Veruntn̄ Abraam cōfestim filium cum fuisset īmolatus: resurrectuꝝ credidisse laudandus est. Dixerat nanq; illi deus: cum de ācilla & filio eius foras eiciendis uoluntatem coniugis nollet implere: in Ysaac uocabitur tibi semen. Et certe ibi seqtur ac dicitur. Filium autem ancillę huius ī magnam gentem faciam: qa semen tuum est. Quomō ergo dictum est in Ysaac uocabitur tibi semen: cum et Ysmaelē deus semē eius uocauerit? Exponens autē apostolus quid sit in Ysaac uocabit̄ tibi semen: id ē inqt non qui filii carnis hi filii dei: sed filii promissioīs deputant̄ in semine. Ac ꝑ hoc filii ꝓmissioīs ut sint semen Abraę in Ysaac uocantur: hoc est in christū uocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens: qa ꝑ hūc oportebat impleri: quem deus iubebat occidi: non hesitauit ꝙ sibi reddi poterat īmolatus: q dari potuit non speratus. Sic intellc̄tm est & in ępl'a ad hebreos & sic expositū. Fide inquit pręcessit Abraam in Ysaac temptatus: et unicū obtulit q ꝓmissioēs suscepit: ad quē dictū est ī Ysaac uocabit̄

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tibi ſemen: cogitans quia & ex mortuis excitaꝝ poteſt deus. Proínde addit. Pro hoc enã eum & ín ſimilitudínẽ adduxit. Cuius ſimlítudínẽ níſi illíus de quo dicit idem apoſtolus: q̃ ꝓprio filio non pepcit: ſed ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ? Propterea et Yſaac ſicut domíus crucẽ ſuam: ita ſibi ligna ad uíctimę locũ q̃bus fuerat imponendus ipſe portauit. Poſtremo q̃a Yſaac occidi non oportebat: poſteaq̃ eſt pater eum ferire prohibitus: q̃s erat ille aries quo ímolato ípletũ eſt ſignificatíuo ſanguíne ſacrifitium? Nempe quando eũ uídit Abraã cornibus ĩ frutice tenebaꝝ. Quis ergo illo figurabatur níſi Ihũs xp̃s anteq̃m ĩmolaretur ſpínis íudaicis coronatus? Sed díuína per angelum uerba potíus audiamus. Ait q̃ppe ſcriptura. Et extendit Abraam manum ſuam ſumere macheram ut occideret filíum ſuũ. Et uocauit illum angelus dñí de cęlo: et dixit. Abraã. Ille autẽ dixit: ecce ego. Et dixit. ne ínitas manum tuam ſuper puerũ: neq̃ fanas illi quicq̃m. Nunc enim ſcíui quía times deum tuum: et non peperciſti filio tuo dilecto propter me. Nunc ſcíui dictũ eſt: nunc ſciri feci. Neq̃ enim hoc nõdum ſciebat deus. Deínde ariete illo ĩmolato pro Yſaac filio ſuo: uocauit ut legitur Abraam nomen loci illíus dominus uídit. ut dicatur hodie ĩ monte dñs apparuit. Sicut dictum eſt nũc ſcíui: pro eo quod ẽ nunc ſciri feci: ita hic dominus uídit pro eo quod eſt dominus apparuit: hoc eſt uíderi ſe fecit. Et uocauit ãgelus domíni Abraam ſecundo de cęlo dicens. Per me metipm íurauí dicit domíus: propter qđ feciſti uerbum hoc: et non pepercíſti filio tuo dilecto ꝓpter me: níſi benedicens benedicã tibi: et multiplicãs multiplicabo ſemẽ tuum ſicut ſtellas cęli: et tanq̃ arenã quę ẽ íuxta labium maris. Et hereditate poſſidebit ſemẽ tuum ciuitates aduerſariorum ſuorum; et benedicentẽ ín ſemine tuo omnes gentes terrę: quia obaudíſti uocem meã. Hoc modo ẽ illa de uocatõe gentíũ ín ſemíne Abraę: poſt holocauſtũ quo ſignificatus eſt chriſtus: etã íuratõe dei firmata promiſſio. Sępe enĩ ꝓmiſerat ſed nunq̃m íurauerat. Quid autem ẽ deum ueri ueraciſq̃ íurano: níſi promiſſi cõfirmano & ínfidelium quędam íncreparõ? Poſt hęc Sara mortua eſt cẽteſimo & uíceſimo & ſeptimo ãno uítę ſuę: centeſimo autẽ & triceſimoſeptimo uíri ſui. Decem q̃ppe annis eã prędecedebat ętate: ſicut ípe quãdo ſibi ex illa promiſſus eſt filius ait. Si mihi annoꝝ centum naſcetur filius: et ſi Sara annorum nonagínta pariet? Tũc emit agrũ Abraã ín quo ſepeliuit uxorẽ. Tunc ergo ſcđm narrationem Stephani ín terra illa eſt collocatus: quoniam cępit ibi eſſe poſſeſſor: poſt mortem ſcilicet patris ſui: q̃ colligitur ante biennium fuiſſe defunctus.

Capitulũ. xxxiii.

DEínde Rebeccam neptem Nachor, patruí ſui: cum annorum quadragínta eẽt Yſaac duxit uxorẽ: ſcilicet centeſimo et quadrageſimo anno uítę patris ſui: triennio poſt mortem matris ſuę. Vt autem eã duceret: quando ab eius patre ín meſopotamiam ſeruus miſſus eſt: quíd aliud demonſtratum eſt cum eidem ſeruo dixit Abraã: pone manũ tuã ſub femore meo: et adíurabo te per dominũ deũ cęli & dominũ terrę: ut non ſumas uxorem filio meo Yſaac de filiabus chananeorũ: níſi dominũ cęli et dñm terrę ĩ carne quę ex illo femore trahebaꝝ fuiſſe uẽturum? Nunquid hęc parua ſunt prgnãnata ín dinã ueritatis: quę compleri uídemus ín chriſto?

Capitlm. xxxiiii.

QVid autem ſibi uult: q̃ Abraam poſt mortẽ Sarę Cetburam duxit uxorẽ? Vbi abſit ut ín contínentiã ſuſpicemur: prſertim ín illa iam ętate et ĩ illa fidei ſanctitate. An adhuc ꝓcreandi filii quęrebãtur: cũ iam ꝺo promictẽte tanta

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

multiplicatio filiorum ex Ysaac: ꝑ stellas
cęli & arenā terrę fide probatissīa tene-
retur? Sed profecto si Agar & Ysmael
doctore apostolo significauerūt carnales
ueteris testamenti: cur nō etiam Cethura
& filii eius significent carnales: qui se ad
testamentum nouū existimant ꝑtinere?
Ambę qꝑpe & uxor̄s Abraę et cōcubinę
sunt appellatę. Sara uero nunq̄m dicta ē
Abraę concubina sed uxor tātum. Nam
& q̄ndo data est Agar Abraę ita scr̄ptum
est: et apprehendit Sarai uxor Abram
Agar egiptiam ancillam suā: post decem
annos q̄ habitauerat Abrā in terra Cha-
naan: et dedit eā Abram suo uiro uxorē.
De Cethura autē quā post obitum Sarę
accepit sic legitur. Aditiens aūt Abraam
assumpsit uxorē cui nomē Cethura. Ecce
ambę dicūtur uxores: ambę porro con-
cubinę fuisse reperiuntur: postea dicente
scriptura. Dedit autem Abraam omnem
censum suum Ysaac filio suo: et filiis con-
cubinarum suarū dedit Abraam dona:
& diuisit eos ab Ysaac filio suo adhuc se
uiuo ad orientem ī terra orientis. Habēt
ergo nōnulla munera filii concubinarum
in plaga orientis: sed non peruenient ad
regnum ꝓmissum: nec heretici nec iudei
carnales: qa pręter Ysaac nullus ē heres:
& non q filii carnis hi filii dei: sed filii ꝓ-
missionis deputantur in semine: de quo
dictum est. In Ysaac uocabitur tibi semē.
Neq; enim uideo cur etiam Cethura post
uxoris mortem ducta: nisi propter hoc
misterium dicta sit concubina. Sed qsqs
hęc non uult in istis significatōnibus ac-
cipere: nō calumpniet̄ Abraę. Quid enī;
si & hoc prouisum est cōtra hereticos fu-
turos secūdarum aduersarios nuptiarū:
ut in ipso patre multarum gentium post
obitum cōiugis iterū coniugari: demon-
straretur non eē peccatū. Et mortuus est
Abraam cum eēt annorum centū septua-
gintaqnq;. Annorum g̊ septuagintaqnq;
Ysaac dereliqt filium: quem centenarius
genuit. Capitl'm .xxxv.

IAm ex hoc q̄admodū per posteros
Abraę ciuitatis dei percurrant tempa
uideamus. A primo igitur annorū uitę
Ysaac usq; ad sexagesimum quo ei nati
sunt filii: illud memorabile est: ꝙ cum illi
deum roganti ut pareret uxor eius quę
sterilis erat: concessisset dominus qd̄ pe-
tebat: atq; hēret illa conceptū: gestiebāt
gemini adhuc in utero eius inclusi. Qua
molestia cum āgeretur dominū interro-
gauit: accepitq; responsum. Duę gentes
in utero tuo sunt: et duo populi de uētre
tuo separabuntur: et populus populum
supabit: & maior seruiet minori. Quod
Paulus apostolus magnum uult ītelligi
gratię documentum. qa nondū illis natis
nec aliquid agentibus boni seu mali: sine
ullis bonis meritis eligit̄ minor: maiore
reprobato. quoniā proculdubio q̄ntum
actinet ad originale peccatū ambo par̄s
erant: q̄ntum aūt ad ꝓpriū nullius eorū
ullū erat. Sed nūc de hac re dicere aliqd
latius instituti operis ratio nō sinit: unde
& in aliis iā multa diximus. Quod autē
dictū est maior seruiet minori: nemo fere
nostrorum aliter intellexit: q̄ maiorem
populū iudeorum mīori populo xp̄iano
seruiturum. Et reuera quamuis in gente
ydumeorum quę nata est de maiore cui
duo noīa erant: nam et Esau uocabat̄ &
Edom: unde et ydumei: hoc uideri possit
impletum: quia postea supanda fuerat a
populo q ortus est ex minore id est israe-
litico: eiq; fuerat futura subiecta: tamē in
aliqd maius intentam fuisse istā ꝓphiam
qua dictū est populus populū supabit: et
maior seruiet minori: cōuenienti⁹ credit̄.
Et qd est hoc: nisi ꝙ in iudeis & xp̄ianis
euidenter impletur? Capl'm.xxxvi.

ACcepit etiam Ysaac oraculum tale:
quale aliquotiēs pater ei⁹ accepat:
de quo oraculo sic scriptum est. Facta est

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

autem fames sup terram: pręter famem
quę prius facta est in tēpe Abraę. Abiit
autem Ysaac ad Abymelech regem phi-
listinorum ī gerara. Apparuit autem illi
dn̄s et dixit. Noli descendere in egiptū.
Habita autem ī terra quam tibi dixero:
et incole in terra hac: et ego ero tecum &
benedicā te. Tibi eniȝ et semini tuo dabo
omnē terram hanc. Et statuā iuramentū
meum quod iuraui Abraę patri tuo: et
multiplicabo semē tuum sicut stellas cęli.
Et dabo semini tuo omnē terram hanc: et
benedicentur in semine tuo omēs gentes
terrę: pro eo ~~quod~~ ꝙ obaudiuit Abraaȝ
pr̄ tuus uocē meā: et custodiuit pręcepta
mea: et mandata mea & iustificationes
meas: et legitima mea. Iste pr̄iarcha nec
uxorē habuit aliā nec aliquā concubinā:
sed posteritate duorum gemīoꝝ ex uno
concubitu procreatorum cōtentus fuit.
Timuit sane etiā ipe periculū de pulcritu-
dine cōiugis: cū habitaret inter alienos:
fecitq; quod pater: ut eā sororem diceret
taceretq; uxorem. Erat eniȝ ei propinqua
et paterno & materno sanguīe. Sed etiā
ipa ab alienigenis cognito ꝙ uxor esset:
mansit intacta. Nec ideo tamē istū patri
eius pręferre debemus: quia iste nullam
fęminam pręter unam cōiugem nouerat.
Erant enim proculdubio paternę fidei et
obedīę merita potiora: in tantū ut ꝓpter
illum dicat deus huic se facere bona quę
fecit. Benedicētur inqt in semine tuo oēs
gentes terrę: pro eo ꝙ obaudiuit Abraā
pater tuus uocē meā: et custodiuit prę-
cepta mea & mandata mea: et iustifica-
toēs meas et legitima mea. Et alio rursus
oraculo: ego sum inqt deus Abraaȝ pr̄is
tui: noli timere. tecum eniȝ sum et bn̄dixi
te: et multiplicabo semen tuum propter
Abraam patrem tuum. Vt intelligamus
q̄ caste Abraam fecerit: quod hominib9
impudicis & neqtię suę de scp̄turis sc̄tis
patrocinia requirentibus: uidetur fecisse
libidine. Deinde ut etiam hoc nouerim9
nō ex bonis singulis inter se hoīes cōpa-
rare: sȝ in unoquoq; cōsiderem9 uniuersa.
Fieri eniȝ potest ut habeat aliqd ī uita et
moribus qspiam quo superet alium: idq;
sit longe pręstabilius q̄ est illud unde ab
alio supatur. Ac per hoc solo dei ueroq;
iuditio: cum cōtinentia cōiugio pręferat̄:
melior tamē est homo fidelis cōiugatus:
q̄ continens infidelis. Sed continēs infi-
delis homo non solum minus laudādus
est qa se continet dum nō credat: uerum
etiam multo magis uituperandus qa nō
credit cum se cōtineat. Constituam9 ergo
ambos bonos. Etiam sic profecto melior
est cōiugatus fidelissim9 & obediētissim9
deo: q̄ continens minoris fidei minorisq;
obedientię. Si uero paria sint cętera: con-
tinētem cōiugato pręferre qs ambigat?

HAnc ergo pacem qualis hic poteſt eſſe: mortales homines in rebus mortalibus quando habemus: ſi uiuim9 recte bonis eius recte utiẽ uirtus: q̃ndo uero eam non habemus: etiam malis quę homo patitur bene utitur uirt9. Sed tũc eſt uera uirtus: quando & omnia bona quibus utitur bene: et quidquid in bono uſu bonorum & malorum facit: et ſeipaz ad eum finem refert: ubi nobis talis & tanta pax erit: qua melior & maior eſſe non poſſit. Quapropter poſſumus dicere fines bonorum noſtrorum eſſe pacẽ: ſicut ęternam diximus uitam. preſertim quia ipſi ciuitati dei de qua nobis eſt iſta operoſiſſima diſputatõ: in ſancto dr̃ pſalmo. Lauda hieruſalem dominum: lauda deũ tuum ſyon. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filios tuos in te. Qui poſuit fines tuos pacem. Quoniam confirmatę fuerunt ſerę portarum eius: iam in illam nullus intrabit: nec ab illa ullus exibit. Ac p hoc fines eius eam debemus hic intelligere pacem: quã uolumus demonſtrare finalem. Nam et ipſa ciuitatis miſticum nomẽ id eſt hieruſalẽ: quod ut ãte iam diximus uiſio pacis interpretatur. Sed quoniam pacis nomen etiam ĩ his rebus mortalibus freq̃ntatur: ubi utiq; non eſt uita ęterna: propterea finem ciuitatis huius ubi erit eius ſũmuz bonum: ęternam uitam maluimus commemorare q̃ pacem. De quo fine apoſtol9 ait. Nunc ũ a peccato liberati: ſerui autẽ facti deo: habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem: finem uero uitam ęternam. Sed rurſus quia uita ęterna ab eis qui familiaritatem non habent cum ſcp̃turis ſanctis: poteſt etiam accipi malorũ uita: uel etiam ſecdm quoſdã: philoſophos propter animę immortalitatem: ul' etiam ſecdm fidem noſtram propter pęnas interminabiles impiorum: qui utiq; in ęternũ cruciari non poterũt: miſi etiam uixerint in ęternum: profecto finis ciuitatis hui9 in quo ſummum bonum habebit: ul' pax in uita ęterna: uel uita ęterna in pace dicendus eſt. ut ab omnibus facilius poſſit intelligi. Tantum eſt enim pacis bonum: ut etiam in rebus terrenis atq; mortalib9 nihil gratius ſoleat audiri: nihil deſiderabilius concupiſci: nihil poſtremo poſſit melius inueniri. De quo ſi aliquãto diutius loqui uoluerimus: non erimus q̃ntũ arbitror oneroſi legentibus. & propter finem ciuitatis huius de qua nobis ſermo eſt: & propter ipſam dulcedinem pacis quę omnib9 eſt cara. Cap. .xii.

QVod enim quiſquis mecuz res humanas naturamq; cõmunẽ utcũq; intuetur: agnoſcit. Sicut enim nemo eſt q gaudeꝛ nolit: ita nemo eſt qui pacem habere nolit. Quandoquidem et ipſi q bella uolunt nihil aliud q̃ uincere uolunt. Ad gloriоſam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid aliud eſt uictoria:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nisi subiectio repugnantium. Quod cum factum fuerit: pax erit. Pacis ergo intẽtione geruntur et bella: ab his etiam qui uirtutem bellicam student exercere: imperando atq; pugnando. Vnde pacẽ constat belli esse optabilem finem. Omnis, n. homo etiam belligerando pacem requirit; nemo autem bellum: pacificando. Nam & illi qui pacem in qua sunt perturbari uolunt: non pacem oderunt: sed eam pro arbitrio suo cupiunt cõmutari. Nõ ergo ut sit pax nolũt: sed ut ea sit quã uolunt. Demiq; et si per sedimonem se ab aliis separauerint: cum eis ipsis conspiratis uel cõiuratis suis nisi q̃lemcunq; pacis spẽm teneant: non effitiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi ut uehementius et tutius infesti sint paci ceterorũ: pacem uolunt habere sonorum. Sed & si unus sit tam prepollens uiribus et conscios ita cauens: ut nulli sono se cõmictat: soluscq; insidians & prevalens quibus potuerit oppressis et extinctis: predas agat cum eis certe quos occidere nõ potest: et quos uult latere quod facit: qualemcunq; umbram pacis tenet. In domo autem sua: cũ uxore cũ filiis et si q̃s alios illic habet studet, pfecto esse pacat9. eis qppe ad nutũ obtpantib9 sine dubio delectat. Nã et si nõ fiat indignatur: corripit: uindicat. & dom9 suę pacẽ si ita necesse sit etiã seuiẽdo componit: quam sentit esse non posse: nisi cuidam principio quod ipse i domo sua est: cetera in eadem domestica sonetate subiecta sint. ideoq; si offerret ei seruit9 plurium: uel ciuitatis uel gentis: ita ut sic ei seruirent quemadmodu; sibi domi suę seruiri uolebat: non se iam latronem latebris conderet: sed regem conspicuum sublimaret: cum eadem in illo cupiditas & malitia permaneret. Pacem itaq; cum suis omnes habere cupiunt: quos ad suũ arbitrium uolunt uiuere. Nam & cum quibus bellum gerũt: suos facere si possunt uolũt: eisq; subiectis leges suę pacis imponere. Sed fanamus aliquem: qualẽ canit poetica et fabulosa narratõ. Quem fortasse propter ipsam insonabilem feritatem: semihominem q̃ hominem dicere maluerunt. Quãuis ergo huius regnum dirę spelunce fuerit solitudo: tamq; malitia fuerit singularis: ut ex hac ei nomẽ sit inuentum: nã malus grece cacos dicitur: quod ille uocabatur ut nulla coniunx ei blande ferret referret q; sermonem: nullis filiis uel alluderet paruulis: uel grandiusculis imperaret: nullo amici colloquio frueretur: nec Vulcãi patris: quo ul' huic tantum non parum felinor fuit: quia tale monstrum ipse non genuit. nihil cuiq̃m daret: sed a quo posset quidquid uellet et quantum & quando posset: & quantum uellet auferret. Tamen in ipsa sua spelunca solitaria: cuius ut describitur semp recenti cede tepebat humus: nihil aliud q̃ pacem uolebat in qua nemo illi molest9 esset: nec eius quietem uis ullius terrorq; turbaret. Cum corpore suo demiq; pacẽ habere cupiebat. & quantũ habebat tantum illi bene erat. Quandoquidem membris obtemperantibus imperabat: & ut suam mortalitatem aduersu; se ex indigentia rebellantem: ac sedimonem famis ad dissonandam atq; excludendam de corpore animam concitantem: quanta posset festinatione pacaret: rapiebat: necabat: uorabat. & q̃is immanis ac ferus: paci tamen suę uitę ac salutis immaniter ac ferociter cõsulebat. Ac per hoc si pacẽ quã in sua spelunca atq; in seipso habere satagebat: cum aliis etiam habere uellet: nec malus: nec monstrum: nec semihomo uocaretur. Aut si eius corporis forma & atrorũ ignium uomitus: ab eo deterrebat hoim sonetatem: forte nõ nocendi cupiditate sed uiuẽdi necessitate seuiebat. Verum iste non fuerit: uel quod magis credendum est talis non fuerit: qualis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uanitate poetica describit̃. Nisi .n. nimis accusaretur Cacus: parum Hercules laudar̃tur. Talis ergo homo siue semihomo melius ut dixi creditur non fuisse: sicut multa figmenta poetarum. Ipsę enim ferę seuissimę unde ille partẽ habuit feritatis: nam et semiferus dictus est: genus proprium quadam pace custodiunt: coeũdo: gignendo: pariendo: fętus fouendo atq; nutriẽdo: cum sint plęręq; insociabiles & soliuagę. Nõ scilicz ut oues: cerui: colũbę: sturni: apes. sed ut leões: uulpes: aquilę: noctuę. Quę eniz tigris nõ filiis suis mitis immurmurat: et pacata feritate blãdit̃? Quis miluus & quantumlibet solitarius rapinis circumuolet: non coniugium copulat: nidũ congerit: oua cõfouet: pullos alit: et quasi cum sua matrefamilias societatem domesticam quanta potest pace conseruat? Quantomagis homo fertur quodammodo naturę suę legibus: ad ineundam societatem pacemq; cum hõibus quantum in ipso est omnibus obtinendã: cum etiaz mali pro pace suoꝝ belligerẽt: omnesq; si possent suos facere uelint: ut uni cuncti et cuncta deseruiãt. quo pacto nisi ut in eius pacem uel amãdo uel timẽdo cõsentiant? Sic enim superbia ꝑuerse deum imitatur. Deum nanq; odit: cũ suis sociis non ęqualitatem sub illo: sz imponer̃ uult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem dei: et amat iniquam pacem suam. Non amare tamen qualẽcunq; pacẽ nullomodo potest. Nullum quippe uiciũ: ita contra naturam est: q̃ ut naturę deleat etiã extrema uestigia. Itaq; pacem iniquorum in pacis comparatione iustorum: ille uidet nec pacem eẽ dicendam: q nouit pręponere recta prauis: & ordinata peruersis. Quod autem etiam est peruersum: hoc necesse est ut in aliqua et ex aliqua et cum aliqua rerum parte pacatum sit: in quibus est uel ex q̃bus constat. Alioquin nihil esset omino.

Velut si quisq̃m capite deorsum pẽdeat: peruersus est utiq; situs corporis et ordo membrorum. quia id quod desuper esse natura postulat: subtus est. et quod illa subter uult esse desuper factum est. Conturbabit carnis pacem ista peruersitas: & ideo est molesta. Veruntamen anima corpori suo pacata est: et pro eius salute satagit: & ideo est qui doleat. Quę si molestiis eius exclusa discesserit: q̃diu mãet compago membrorum non est sine q̃dam partium pace qd̃ remanet. Et ideo adhuc est qui pendeat: et ꝙ terrenuz corpus in terram nititur: & uinculo quo suspẽsum est renititur: in suę pacis ordinẽ tendit: & locum quo requiescat quodammodo ponderis uoce poscit. iamq; exanime sine ullo sensu: a pace tamen naturali sui ordinis non recedit. uel cum tenet eam: uel cũ fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamenta atq; curatio: quę formam cadaueris dissolui dilabiq; nõ sinat: adhuc pax quędam partes partibus iũgit: totamq; molẽ applicat terreno et cõueniẽti: ac per hoc loco pacato. Si autem nlla adhibeat̃ cura condiẽdi: sed naturali cursu relinquatur: tam diu quasi tumultuatur dissidentibus exalationibus: & nostro incõuenientibus sensui: id enim est quod in putore sentitur: donec mũdi cõueniat elementis: & in eorum pacem ꝑticulatim paulatimq; discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus sũmi illius creatoris ordinatorisq; subtrahitur: a quo pax uniuersitatis administratur. Quia et si de cadauere maioris animãtis aĩmalia minuta nascãtur: eadẽ lege creatoris quęq; corpuscula in salutis pace suis animalib9 seruiunt: Et si mortuorum carnes ab aliis animalibus deuorentur: easdem leges ꝑ cuncta diffusas ad salutẽ generis cuiusq; mortalium congrua congruis pacificantes: quaquauersum trahantur: & rebus quibuscunq; iungantur: & in res q̃slibet

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

conuertantur et commutentur inueniũt.

Pax itaq; Capitlm .xiii.

corporis ẽ ordinata temperatura partium. Pax animę irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax animę rationalis: ordinata cognitionis actiõisq; consensio. Pax corporis & animę: ordinata uita et salus animantis. Pax homĩs mortalis est dei immortalis ordinata in fide sub ęterna lege obedientia. Pax hominum: ordinata cõcordia. Pax domus ordinata imperandi atq; obediendi concordia cohĩtãtiũ. Pax ciuitatis ordĩata imperandi obediendiq; concordia ciuiũ. Pax cęlestis ciuitatis: ordinatissima & concordissima societas fruendi deo et inuicem uidendi deum. Pax oĩum rerum: tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispariumq; rerum: sua cuiq; loca distribuens dispositio. Proinde miseri inq̃ntuꝫ miseri utiq; in pace non sũt. Tranqllitate quidem ordinis carent: ubi perturbatio nulla est. Verũtamen quia merito iusteq; miseri sunt: in ea quoq; ipsa sua miseria pręter ordinem esse nõ possunt. nõ qdem cõiuncti beatis: sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cum sine perturbatiõe nõ sint: rebus qbus sunt quãtacunq; congruẽtia coaptantur. Ac per hoc est in eis ordinis nõnulla tranquillitas. inest ergo nonnulla pax. Verum ideo miseri sunt: quia et si in aliqua securitate non dolent: non tamẽ ibi sũt ubi securi esse ac dolere non debeãt. Miseriores autem si pax eis cum ipsa lege non est: qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent: ex q̃ parte dolent pacis perturbatõ facta est. nulla uero adhuc pax est ĩ qua nec dolor urit: nec compago ipsa dissoluitur. Sicut ergo est quędam uita sine dolore: dolor autẽ sine aliqua uita esse non potest: sic est quędam pax sine ullo bello: bellum uero sine aliqua pace esse non potest. non scdm id qd bellum est: sed scdm id quod ab eis uel in eis geritur: quę aliquę naturę sunt. quod nullo modo essent si non qualicunq; pace subsisterent. Quapropter natura est in qua nullum malum est: uel etiam ĩ qua nullum malum esse potest. Esse autem natura in qua nullum bonum sit nõ potest. Proĩde nec ipsius diaboli natura in q̃ntũ natura est malum est: sed peruersitas eam malam facit. Itaq; in ueritate non stetit: sed ueritatis iuditium nõ euasit. Quia in ordinis tranquillitate nõ mansit: nec ideo tamen a potestate ordinatoris effugit. Bonum dei quod illi est in natura: nõ eũ subtrahit iustitię dei: q̃ ordinatur ĩ pęna. nec ibi deus insequitur bonũ qd creauit: sed malum quod ille commisit. Neq; eniꝫ totum aufert quod naturę dedit: sꝫ aliqd adimit aliquid relinquit. ut sit qui doleat quod ademit: & ipse dolor testimonium est boni adempti: et boni relicti. Nisi eniꝫ bonum relictum esset: bonũ amissum dolere non posset. Nam qui peccat peior est si lętatur in damno ęquitatis. Qui uero cruciat̃: si inde nihil boni adqrat: dolet damnum salutis. Et quoniam ęquitas ac salus utrunq; bonum est: boniq; amissiõe dolendum est potius q̃ lętandum: si tamẽ non sit compensatio melioris. Melior est autem animi ęquitas q̃ corporis sanitas. Profecto cõuenientius iniustus dolet in supplitio q̃ lętatus est in delicto. Sicut g̊ lętitia deserti boni in peccato: testis ẽ uolũtatis malę: ita dolor amissi boni ĩ supplitio: testis est bonę naturę. Qui enim dolet amissam naturę suę pacẽ: ex aliqb9 reliquiis pacis id dolet: quibus fit ut natura sibi amica sit. Hoc autem in extremo supplitio recte fit: ut iniqui & impii naturalium bonorum damna in cruciatib9 defleant: sentiẽtes eorum ablatorem iustissimum deum: quem contempserunt benignissimũ largitorem. Deus g̊ naturaꝝ oĩm sapientissimus cõditor et iustissimus ordinator: qui terrenorũ ornamẽtorum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

maximum ínſtituit mortale genus humanum: dedit homínibus quędam bona huic uítę congrua: id eſt pacem tempalem pro modulo mortalis uítę. ín ipſa ſalute & íncolumitate ac ſonetate ſui generis: et quęq; huic paci uel tuendę uel recuperandę ſunt neceſſaria: ſicut ea quę apte ac conuenienter adiacent ſenſib⁹: lux iſta uiſibilis: aurę ſpirales: aquę potabiles: & quidquid ad alendum uel regendum: curandum: ornandumq; corpus cõgruit. eo pacto ęquiſſimo: ut quícunq; mortalis bonis talibus paci mortalium accommodatis rẽte uſus fuerit: accipiat ampliora atq; meliora: ipam ſcilicet immortalitatis pacem: eiq; conuenientem gloriam et honorem ín uitam ętternam: ad fruendum deo & proximo ín deo. Qui autem perperam id ẽ íntuſte: nec illa accipiat et hęc amictat. Capitlm .xiiii.

OMnis igitur uſus rerum temporalium refertur ad fructũ terrenę pacis ín ciuitate terrena. ín celeſti autem ciuitate: refertur ad fructũ pacis ętternę. Quapropter ſi irrationabilia eſſemus animantia: nihil appeteremus prętter ordínatam temperaturam partíum corpis: & requiẽ appetitionis. Nihil igitẽ prętter quietem carnis & copiam uoluptatum: ut pars corporis prodeſſet paci animę. Si enim deſit pax corporis: impeditur etiam rationalis pax animę. quía reqem appetitionũ conſequi non poteſt. Vtrũq; autem ſimul eius paci prodeſt: quã ínter ſe habent anima & corpus: id eſt ordinatę uítę ac ſalutis. Sicut enim pacem corporis amare ſe oſtendunt animantia cum fugíunt dolorem: & pacem animę cum propter explendas índigentias appetitionem uoluptatum conſequũtur: ita mortem fugiendo ſatis índicant quantũ diligant pacem: qua ſibi conciliantur anima et corpus. Sed quía homíni rõnalis anima ínest: totũ hoc quod habet cõmũe cum beſtiis: ſubdit pací anime ratõalis: ut mente aliquíd contempletur: & ſcđm hoc aliquíd agat: ut ſit ei ordĩata cogitationis actionísq; conſenſio: quam pacem rationalis animę dixeramus. Ad hoc enĩ uelle debet nec dolore moleſtari: nec deſiderio perturbari: nec morte diſſolui: ut aliquíd utile cognoſcat: & ſcđm eaz cogn̄itionem uítam moreſq; componat. Sed ne ipſo cognitõnis ſtudio propter humanę mentis ínfirmitatem: ín peſtem alicuius erroris íncurrat: opus habet magiſterio díuíno cui certíus obtemperet: & adiutorio ut liber obtemperet. Et quoniam q̃mdiu eſt ín corpore mortali iſto: peregrínatur a domíno: per fidem ambulat nõ per ſpeciem. ac per hoc omnem pacem uel corporis ul' animę: uel ſimul corporis et animę refert ad illam pacem: quę homíni mortali eſt cum deo immortali: ut ei ſit ordínata ín fide ſub ętterna lege obedientia. Iam uero quía duo pręcipua pręcepta hoc eſt dilectionẽ dei & dilectionem proximi docet magiſter deus: ín quíbus homo tria ínuenít quę diligat: deum: ſeipſum: & proximũ. atq; ille ĩ ſe diligẽdo non errat qui deum diligit: conſequens eſt ut etiam proximo ad diligendũ deum conſulat: quem iubetur ſicut ſeipſum diligere. Sic uxori: ſic filiis: ſic domeſticis: ſic ęteris homínibus quibus potuerit: et hoc ſibi a proximo ſi forte índiget cõſuli uelit. Ac per hoc pacatus erit quantum ín ipſo eſt omni homíni: pace homínum id eſt ordínata cõcordia: cuius ordo hic eſt. Primum ut nulli noceat. Deínde etiam ut proſit cui poterit. Primitus ergo ínest ei ſuorum cura. ad eos quíppe habet oportuniorem facilioremq; aditum conſulendi: uel ordíne naturę: uel ipſius ſonetatis humanę. Vnde apoſtolus ait. Quiſquís autem ſuis & maxime domeſticis non prouídet: fidem denegat: & eſt ínfideli deterior. Hínc itaq; etiaz pax do-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mestica oritur: id est ordinata imperandi obediendiq; concordia cohabitantium. Imperant enim qui consulunt. sicut uir uxori: parentes filiis: & domini seruis. Obediunt autem quibus consulitur. sicut mulieres maritis: filii parentibus: serui dominis. sed in domo iusti uiuentis ex fide: et adhuc ab illa celesti ciuitate peregrinantis: etiam qui imperant seruiūt eis quibus imperare uidētur. Neq; enim dominandi cupiditate imperant: sed offitio consulendi: neq; principandi superbia: sz prouidendi misericordia. Ca.xv.

HOc naturalis ordo prescribit. Ita deus hoīem cōdidit. Nam dñetur inquit piscium maris: & uolatilium celi: & omnium repentium que repunt super terram. Rationalem factum ad imaginē suā: noluit nisi irratōnabilibus domīari. non hominem homini: sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores pecorum magis q̄ reges hominum constituti sunt. ut deus etiaz sic insinuaret quid postulet ordo creaturarum: & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe seruitutis iure intelligit̄ imposita peccatori. Proinde nusq̄m scripturarum legimus seruum: anteq̄m hoc uocabulo Noe iust9 peccatū filii uīdicaret. Nomē itaq; istud culpa meruit: non natura. Origo autem uocabuli seruorum in latina lingua inde creditur ducta: q̄ hi qui iure belli possēt occidi a uictoribus: cū seruabātur serui fiebant a seruiendo appellati. quod ip̄m etiam sine merito peccati non est. Nam et cum iustum geritur bellum: pro peccato econtrario dimicatur. & omnis uictoria cum malis etiam prouenit: diuino iuditio uictos humiliat: uel emēdans peccata uel puniens. Testis est homo dei Daniel cum in captiuitate positus peccata sua & peccata populi sui confitetur deo: et hāc esse causam illius captiuitatis pio dolore testat̄. Prima ergo seruitutis causa peccatum est: ut homo homini conditionis uinculo subderetur. quod non fit nisi deo iudicante: apud quem non est iniquitas: et nouit diuersas penas meritis distribuere delinquentiuz. Sicut autem dominus supernus dicit. Omnis qui facit peccatū seruus est peccati: ac per hoc multi quidē religiosi dominis iniquis non tamen liberis seruiunt: a quo enī quis deuictus est: huic et seruus addictus est. Et utiq; felicis seruitur homini q̄ libidini: cum seuissimo dominatu uastet corda mortalium: ut alias omictam libido ipsa ~~moīandi~~ dñandi. Hominibus autem illo pacis ordine: q̄ aliis alii subiecti sunt: sicut prodest humilitas seruientibus: ita nocet superbia dominātibus. Nullus autem natura in qua deus prius hominem condidit: seruus est hominis aut peccati. Verum et penalis seruitus ea lege ordinatur: qua naturalem ordinem cōseruari iubet: pturbari uetat Quia si contra eam legem factum nō eēt: nihil esset penali seruitute coercendum. Ideoq; apostolus monet seruos subditos esse dominis suis: & ex animo eis cum bona uoluntate seruire. ut scilicet si non possunt a dominis liberi fieri: suam seruitutem ipsi quodammodo liberam faciant: non timore subdolo sed seruiendo dilectōne fideli. donec transeat iniquitas & euacuetur omnis principatus & potestas humana: & sit deus omnia in omnibus. Capitl'm .xvi.

QVocirca etiam si habuerūt seruos iusti patres nostri: sic quidem administrabāt domesticam pacem: ut scd̄m hec temporalia bona filiorū sortem a seruorum conditione distinguerent: ad deū autem colendum in quo eterna bona speranda sunt: omnibus domus sue mēbris pari dilectione consulerēt. Quod naturalis ordo ita prescribit: ut nomen patrū familias hinc exortum sit: & tam late uulgatum ut inique etiam dominantes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

hoc ſo gaudeant appellari. Qui autē ueri patresfamilias ſunt: ommbus ín familia ſua tanquam filiis ad colendum & promerendum deum cōſulunt: deſiderantes atq; optantes uenire ad cęleſtem domū: ubi neceſſarium non ſit imperandi offitiū mortalibus: quia nō neceſſarium erit offitium conſulendi: tam ín illa immortalitate fęlicib9. Quo donec uemiatur: magis debent patres q dominātur q̄ ſerui tolerare q ſeruiūt. Si quis autem ín domo per ínobedientiam domeſticę aduerſatur pacī: corripiatur uerbo ſeu uerbere: ſeu quolibet alio genē pęnę íuſto atq; licito: quantum ſonetas humana concedit: pro eíus quí corripitur utilitate. ut paci unde diſſiliērat coapretur. Sicut enim non eſt beneficentię adiuuando efficere ut bonum quod maius ē amictatur: ita nō eſt ínnocentię parcendo ſinere ut ín malum grauius ínci datur. Pertínet ergo ad ínnocentis offitium: nō ſolum nemíni malū ínferre uerum etiam cohibere a peccato uel punire peccatuz. ut aut ipſe q plectit̄ corrigatur experimento: aut alii terreantur exemplo. Quia igitur oīs domus ínitium ſiue particula debet eſſe cíuitatis: omne autem ínitium ad aliquem ſui generis finem: & omnis pars ad uniuerſi cuius pars eſt íntegritatem refertur: ſatis apparet eſſe conſequens: ut ad pacem cíuicam pax domeſtica referatur. id eſt ordínata imperandí obediēdiq; concordia cohabitantium: referatur ad ordinatam imperandi obediendiq; concordiam cíuium. Ita fit: ut ex lege cíuitatis prę cepta ſumere patremfamilias oporteat: quibus ſuam domum ſic rḡat: ut ſit pacī accōmodata cuitatis. Ca. .xvii.

SEd domus homínum qui non uíuunt ex fide: pacem terrenam ex huius temporalis uitę rēbus commodiſq; ſectatur. Domus ergo homínum ex fide uiuentium: expectat ea quę ín futurum ętema promiſſa ſunt. terremiſq; rebus ac temporalibus tanquaz peregrína utitur. non quibus capiat̄ & auertatur quo tendit ín deū: ſed qbus ſuſtentet̄ ad facilius toleranda mínimeq; augenda onera corporis corruptiblis quod aggrauat aiaz. Idcirco rerū uitę huic mortali neceſſariaz: utriſq; hōib9 fidelibus & ínfidelibus et utriq; domui coīs ē uſus: ſz finis utēdi cuiq; ſuus proprius: multumq; díuerſus. Ita etiam terrena cíuitas quę nō uíuit ex fide: terrenam pacem appetit: ín eoq; defigit imperandi obediendiq; concordiam cíuium: ut eis ſit de rebus ad mortalem uitam pertínentibus: humanaz quędam compoſito uoluntatum. Ciuitas autem cęleſtis uel potius pars eius: quę ín hac peregrinat̄ mortalitate & uíuit ex fide: etiam iſta pace neceſſe eſt utatur: donec ipſa cui talis pax neceſſaria eſt mortalitas tranſeant. Ac per hoc dum apud terrenam cíuitatē uelut captiuam uitam ſuę peregrinatiōis agit: tam promiſſione redemptionis & ſpirituali dono tanquam pignoī accepto: legibus terrenę cíuitatis qnibus hęc amminiſtrantur: quę ſuſtentandę mortali uitę accommodata ſunt: obtemperare non dubitat. Vt quoniam communis eſt ipſa mortalitas: ſeruetur ín rebus ad eam pertínentibus ínter ciuitatem utranq; concordia. Verum quia terrena cíuitas habuit quoſdam ſuos ſapientes: qs díuīa improbat diſciplina: q uel ſuſpicati uel decepti a dęomib9: crederēt multos deos conciliandos eſſe rebus būanis: atq; eorū díuerſa q̄dāmō offitia: díuerſa ſubdita pertínere ad alium corpus ad alium animum. Inq; ipo corpore ad alium caput: ad alium ceruicem: & ętera ſingla ad ſingulos. Similiter ín animo ad alium ingenium: ad alium doctrínam: ad aliū iram: ad aliū cōcupīam. ínq; ipſis reb9 uitę adiacentibus: ad aliuz pecus: ad alium triticum: ad aliū uínum:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ad alíum oleum: ad aliũ ſiluas: ad alíum nummos: ad alium nauígationem: ad alíum bella atq; uíctorias: ad alium conúgia; ad alíum partũ ac fęcunditatem: et ad alios alia cętera. Cęleſtis autem ciuitas unum deum ſolum colẽdum noſſet: eiq; tantummodo ſeruiendum ſeruitute illa quę gręce latria dicitur: et non ñ deo debetur: fideli pietate cenſeret: factũ eſt ut religionis leges cum terrena ciuitate non poſſet habere communes: proq; his ab ea diſſẽtire haberet neceſſe: atq; oneri eſſe díuerſa ſententibus: eorumq; iras et odia et perſecutionum impetus ſuſtinere: niſi cum animos aduerſantium aliquãdo terrore ſuę multitudínis: et ſemp díuino adiutorio propulſaret. Hęc ergo cęleſtis ciuitas cum peregrínatur ín terra: ex oĩbus gentibus ciues euocat: atq; ín omnibus linguís peregrinã colligit ſocietatẽ. non curans quidquid ín moribus: legib9; ínſtitutiſq; díuerſum ẽ: quíbus pax terrena uel conquiritur uel tenetur. níhil eorum reſcíndens nec deſtruens: imo etiã ſeruans ac ſequens: quod licet díuerſum ſit ín díuerſis nationibus: ad unũ tamen eundemq; finem terrenę pacis íntẽditur: ſi religionem qua unus ſummus et uerus deus colendus docetur nõ impedit. Vtitur etiam ergo cęleſtis ciuitas ín hac ſua peregrínatione pace terrena: & de reb9 ad mortalem hominis naturam pertínẽtibus: humanarum uoluntatum compoſitionem quantũ ſalua pietate ac religione cõceditur: tuetur atq; appetit, eamq; terrenam pacem refert ad cęleſtem pacem: quę uere ita pax eſt: ut rationalis dumtaxat creaturę ſola pax habẽda atq; dicenda ſit: ordínatiſſima ſcilicet atq; concordiſſima ſocietas fruendi deo: et ínuicẽ ín deo, quo cum uentum fuerit non erit uita mortalis: ſz plane certeq; uitalis. nec corpus animale quod dum corrumpitur aggrauat animaz: ſed ſpirituale ſine ulla índigentia ex omni parte ſubditum uoluntati. Hanc pacem dum peregrínatur ín fide habet: atq; ex hac fide iuſte uiuit: cum ad illam pacem adipiſcendam refert quídquid bonarum actionum gerit erga deum & proximum: quoniam uita ciuitatis utiq; ſocialis eſt. Caplm. xviii.

QVod autem actínet ad illam differentiam quam de academícis nouis Varro adhibuit: quíbus ſunt ín certa omia, omnino ciuitas dei talem dubitationem tanquam demẽtiam deteſtat. habens de rebus quas mente atq; ratione comprehendit: etiam ſi paruam propter corpus corruptibile quod aggrauat animam: quoniam ſicut dicit apoſtolus ex parte ſcimus: tamen certiſſimã ſcientiam: creditq; ſenſibus ín rei cuiuſq; euidentia quíbus per corpus anímus utitur: quoniaz miſerabilíus fallitur qui nunq̃m eis putat eſſe credendum. credit etiã ſanctis ſcripturis et ueteribus et nouís quas canonicas appellamus: unde fides ipſa cõcepta eſt: ex qua iuſtus uiuit: per quam ſine dubitatiõe ambulamus q̃mdiu peregrínamur a domiõ: qua ſalua atq; certa de quibuſdaz rebus quas neq; ſenſu neq; ratiõe percipimus: neq; nobis per ſcẽpturam canonicam claruerũt: nec per teſtes quíbus non credere abſurdũ eſt ín nr̃am notitiam peruenerunt: ſine iuſta reprehenſione dubitamus. Caplm. xix.

NIhil ſane ad iſtam pertínet ciuitatem: quo habitu uel more uiuendi ſi non eſt contra díuina prędcepta: iſtam fidem qua peruẽitur ad deũ quiſq; ſectetur: unde ipſos quoq; philoſophos q̃ndo fiunt chriſtiani: non habitum uel cõſuetudínẽ uict9quę níhil impedit religionez ſed falſa dogmata permutare compellit. Vnde illam quam Varro adhibuit ex cynícis differẽtiam: ſi nihil turpiter atq; íntemperanter agat: omníno non curat. Ex trib9 uero uitę illíus generib9: otioſo:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

actuoso:& ex utroq; compoſito: q̃muis ſalua fide quiſq; poſſit ín quolibet uítam eorum ducere: & ad ſempiterna prę̃mia peruenire:íntereſt tamen quíd amore teneat ueritatis: quíd offitio caritatis impendat. Nec ſic quiſq; debet eſſe otioſus: ut ín eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec ſic actuoſus: ut contemplationem non requirat dei. In otio nō ímersa uacatio delectare debet: ſed aut íngſitio aut íuentio ueritatis: ut ín ea quiſq; ꝑficiat: et quod iuenerit teneat & alteri nō íuídeat. In actione uero non amandus eſt bonor ín hac uita ſiue potentia: quoniam omnia uana ſub ſole: ſed opus ipm quod per eundem bonorem uel potẽtiam fit: ſi rę̃cte atq; utiliter fit: id eſt ut ad eaꝫ ſalutem ualeat ſubditoruꝫ quę ſcdm deum eſt: ũde iam ſuperius diſputauimus. Propter quod ait apoſtolus. Epiſcopatũ quí deſiderat bonum opus deſiderat. Exponere uoluit quíd ſit ępiſcopatus. quia nomen eſt operis non honoris. Greęum eſt enim atq; índe ductum uocabulum: ꝙ ille quí prę̃ficitur ſuperíntendit curam ſcilicet eorum gerens. Epi quippe ſuper: ſcopos uero íntentio eſt. Ergo ępiſcopm greęce latíne ſuperíntẽdere poſſumus dicere. ut íntelligat non ſe ępiſcopum: quí prę̃eſſe dilexerit nō prodeſſe. Itaq; a ſtudio cognoſcendę ueritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertínet otíum. Locus uero ſuꝑior ſine quo populus regi non poteſt: & ſi ita teneatur atq; ammíniſtretur ut decet: tñ índecenter appetit. Quamobrem otiũ ſanctũ quęrit caritas ueritatis: negotiũ iuſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis. Quam ſarcĩnam ſi nullus ímponit: percipiendę atq; íntuendę uacãdum eſt ueritati. Si autem imponitur: ſuſcipiẽda eſt ꝓpter caritatis neceſſitatẽ. Sed nec ſic omĩmodo ueritatis delectatio deſerenda eſt: ne ſubtrahatur illa ſuauítas: & opprimat iſta neceſſitas.

Quamobrem Capl'm .xx.

ſummum bonum ciuitatis dei cum pax ſit ętterna atq; perfecta: non ꝑ quam mortales tranſeant naſcendo atq; moriẽdo: ſed ín qua ímmortales maneant nihil aduerſi omnímodo patiendo: quis ẽ quí illam uítam uel beatiſſimam neget: ul' ín eius comparatione iſtam quę hic agitur quantiſlibet animi & corporis externarumq; rerum bonis plena ſit: non miſerrimam íudicet? Quam tamen quicunq; ſic habet: ut eius uſum referat ad illíus fínem quẽ diligit ardẽtiſſime ac fideliſſime ſperat: non abſurde dici etiam nunc beatus poteſt: ſpe illa potius q̃ re iſta. Res uero iſta ſine ſpe illa: beatitudo falſa & magna miſeria eſt. Nō enim ueris animi bonis utitur: quoniam non eſt ſapientia uera: quę íntentionem ſuam ín his quę prudenter diſcernit: gerit fortiter: cohibet temperanter: iuſteq; diſtribuit: non ín illum finem dirigit ubi deus erit oĩa ín omnibus: ętternitate certa atq; pace perfecta.

Capitulum .xxi.

Quapropter nunc eſt locus ut q̃ potero breuiter ac dilucide expediã: quod ín ſecundo libro huíus operis me demonſtraturum eſſe promiſi: ſcdm diffiniões quibus apud Ciceronem utitur Scipio ín libris de republica: nunq̃ rempublicam fuiſſe romanã. Breuiter enim rempublicam diffinit eſſe rem ppli. Quę diffinitio ſi uera eſt: nunq̃m fuit romana reſpublica: quia nunq̃m fuit res populi. quam diffinitionem uoluit eſſe reipublicę. Populum enim eſſe diffinuit cętum multitudínis iuris conſenſu & utilitatis communione ſonatum. Quíd autẽ dicat iuris cõſenſum: diſputando explicat: per hoc oſtendens geri ſine iuſtitia rempublicam nõ poſſe. Vbi ergo iuſtitia uera non eſt: nec ius poteſt eſſe. Quod enim iure fit: profecto iuſte fit. Quod autẽ fit ínique: nec iure fieri poteſt. Non enĩ iura dicẽda

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sunt uel putanda iniqua hominum constituta: cum illud etiam ipi ius esse dicāt: quod de iustitię fonte manauerit: falsūq; esse quod a quibusdam non recte sentientibus dici solet: id esse ius quod ei qui plus potest utile est. Quocirca ubi nō est uera iustitia: iuris consensu sociatus cęt9 hominum non potest esse: et ideo nec populus iuxta illam Scipionis diffinitionē uel Ciceronis. Et si non populus nec res populi: sed qualiscunq; multitudinis quę populi nomine digna non est: ac per hoc si respublica res est populi: et popul9 non est qui consensu nō sociatus est iuris: non est autē ius ubi nulla est iustitia: proculdubio colligitur: ubi iustitia non est non esse rempublicam. Iustitia porro ea uirt9 est: quę sua cuiq; distribuit. Quę igit̄ iustitia est hominis: quę ipsum homīem deo uero tollit: & immūdis dęmonibus subdit? Hoc nō est cuiq; sua distribuere. An qui fundū aufert eius a quo emptus est: et tradit ei qui nihil habet in eo iuris: iniustus ē: et qui seipsum aufert domināti deo a quo factus est: & malignis seruit spiritibus iustus est? Disputatur certe acerrime ac fortissime ī eisdem ipsis de republica libris: aduersus iniustitiam pro iustitia. Et quoniam cum prius ageretur pro iniustitię partibus contra iustitiam: & diceretur nisi per iniustitiaz rempublicam stare augeriq; non posse: hoc nelut ualidissimum positum erat: iniustum esse ut homines hominibus dominantibus seruiant: quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa ciuitas cuius ē magna respublica: non eam posse prouintiis imperare. Responsū est a parte iustitię. ideo iustum eē ꝙ talibus hominibus sit utilis seruitus: & pro utilitate eorum fieri cum aliquid recte fit: id est cum improbis aufertur iniuriarum licentia: & domiti se melius habebūt q̄ indomiti se habuerūt. Subditumq; est ut ista ratio firmaretur: ueluti a natura sumptū nobile exemplu; atq; dictum est. Cur igitur deus homini: aīmus corpori imperat: ratio libidini cęterisq; uiciosis animi ꝑtibus? Plane hoc exemplo satis edoctum est: quibusdam esse utilem seruitutem: et deo quidem ut seruiatur utile esse hominibus. Seruiens autem deo animus: recte corpori imperat. inq; ipso aīmo ratio domino deo subdita: recte īperat libidini cęterisq; uiciis. Quapropter ubi homo deo non seruit: quid in eo putandum est esse iustitię: q̄ndoquidem deo non seruiens nullo modo potest iuste aīmus corpori: aut humana ratio uitiis imperare? Et si in homine tali non est ulla iustitia: proculdubio nec in hominum cętu: qui ex talibus cōstat hominibus. Non est ergo hic iuris ille consensus: qui hominum multitudinem populū facit: cuius res dicit̄ esse respublica. Nam de utilitate quid dicaz: cuius communione etiam sociatus hominum cętus: sicut sese habet ista diffinitio popul9 nūcupatur? Quamuis enim si diligenter actendas: nec utilitas sit ulla uiuentium qui impie uiuunt: sicut uiuit omnis qui deo non seruit seruitq; dęmōibus: tanto magis impiis quanto magis sibi cum sint immundissimi spiritus tanquam diis sacrificari uolunt. Tamen quod de iuris consensu diximus satis esse arbitror: ūde appareat per hanc diffinitionem non esse populum cuius respublica esse dicatur in quo iustitia non est. Si enī dicunt non immūdis spiritibus: sz diis bonis atq; sāctis in sua republica seruisse romanos: nūqd eadem totiens repetenda sunt: quę iam satis imo ultraq̄ satis est diximus? Quis enim ad hunc locum per superiores hui9 operis libros peruēit: qui dubitare possit malis et impuris dęmonibus seruisse romanos: nisi uel nimium stolidus uel impudentissime contentiosꝰ? Sed ut taceam quales sunt q̄s sacrifitiis colebant: in lege

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

det uerī ſcriptum eſt. Sacrificās diis eradicabitur miſi domino tātum. Nec bonis igitur nec malis diis ſacrificari uoluit: q̄ hęc cum tanta comminatione pręcepit.

SEd reſpōderi Caplm. xxii. poteſt. Quis iſte deus eſt: aut ūde dignus probatur cui deberent obtemperare romani: ut nullum deorum colerent ſacrifitiis pręter ipſum? Magnę cęcitatis eſt adhuc quęrere: quis iſte deus ſit. Ipſe eſt deus: cuius prophetę prędixerūt iſta quę cernimus. Ipe eſt deus: aquo reſponſum accepit Abraam. in ſemine tuo omēs benedicentur gentes. Quod in xp̄o fieri qui ſcām carnem de illo ſemine exortus eſt: idem ipſi qui remanſerunt huius nominis inimici uelint nolint ue cognoſcūt. Ipſe eſt deus cuius diuinus ſpiritus per eos locutus eſt: quoꝝ prędicta atq; completa per eccleſiam quam uidemus toto orbe diffuſam in libris ſuperioribꝰ poſui. Ipſe eſt deus quem Varro doctiſſimus romanorum Iouem putat: q̄uis neſciens quid loquatur. Quod tamen ideo cōmorandū putaui: quoniā uir tantę ſciēę nec ullum iſtum deum potuit exiſtimare nec uilem. Hunc enim eſſe eum credidit: quem ſummum putauit deum. Poſtremo ipe eſt deus quem doctiſſimus philoſophorum q̄uis chriſtianorum acerrimus inimicus: etiam per eorum oracula quos deos putat: deum magnum Porphirius confitetur. Capitulum .xxiii.

NAm in libris q̄s Theologion philoſophias appellat: in quibus exequitur atq; conſcribit rerum ad phiam pertinentium uelut diuina reſponſa. ut ipa uerba eius quemadmodum ex greca lingua in latinā interpretata ſunt ponā. Interrogāti inquit quem deum placādo reuocare poſſit uxorem ſuam a chriſtianiſmo: hęc ait uerſibus Apollo. Deinde uerba uelut apollinis iſta ſūt. Forte magis poteris ſi aqua impreſſis lr̄is ſcribere. aut inflans pēnas leues per aera ut auis uolare: q̄ ſemel polluteę uoces impię uxoris ſenſum. Pergat quomodo uult inanibus fallatiis perſeuerans: & lamentationibus fallaciſſimis mortuū deū cātas: quem iudicibus recta ſententib9 perditū: peſſima i ſpecioſis ferro uincta mors interfecit. Deinde poſt hos uerſus Apollis: qui non ſtante metro latine interpretari ſunt ſubiunxit atq; ait. In his qdem tergiuerſatione irremediabilis ſententię eoꝝ manifeſtauit dicens. Quoniā iudei ſuſcipiunt deum magis q̄ iſti. Ecce uti decolorans chriſtus iudeos prępoſuit xp̄ianis: confitens q̄ iudei ſuſcipiant deum. Sic. n. expoſuit uerſus Apollinis. ū a iudicibus recta ſententibus chriſtum dicit occiſū. tanquam illis iuſte iudicantibus: merito ſit ille punitus. Viderint quid de chriſto uates mēdax Apollinis dixerit. atq; iſte credidrit aut fortaſſe uatem quod non dixit dixiſſe iſte ipſe cōfinxerit: quā ſibi conſtet uel ipſa oracula inter ſe fanat cōuenire: poſtea uidebimus. Hic tamen iudeos tanquam dei ſuſceptores recte iudicaſſe dicit de chriſto: q̄ eū morte peſſima excruciandum eſſe cenſuerint. Deus itaq; iudeorum cui perhibet teſtimonium: audiendus fuit ſic dicens. Sacrificans diis eradicabitur miſi domino tantum. Sed ad manifeſtiora ueniamus. & audiamus q̄ magnum deū dicat eſſe iudeorum. Item ad ea quę interrogauit Apollinem quid melius: uerbū: ſiue ratio: an lex. Reſpondit inquit uerſibus hęc dicēs. Ac deinde ſubiecit Apollinis uerſus: in quibus & iſti ſunt: ut quantum ſatis eſt inde decerpam. In deum uerum inquit generatorē: et in regem ante omnia: quem tremet cęlum & terra atq; mare: & infernorum abdita: & ipſa numina perhorreſcunt. Quorum lex eſt pater: quem ualde ſancti honorant hebrei. Tali oraculo dei ſui Apollinis Porphirius tam magnum deum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

esse hebreorum dixit: ut deum et ipa numina perhorrescant. Cum ergo deus iste dixerit: sacrificās diis eradicabitur: miror q ipse Porphirius nō perhorruerit: & sacrificans diis eradicari non formidauerit. Dicit etiam bona de christo philosophus iste: quasi oblitus illius de qua paulo ante locuti sumus contumelię suę: aut quasi ī somnis dii eius maledixerint christo: & euigilantes eū bonū esse cognouerint: digneq; laudauerint. Deniq; tanquam aliquid mirabile atq; incredibile prolaturus: prēter opinionem inquit, profecto quibusdam uideatur eē qđ dicturi sumus. Christum enim dii piissimum pronunciauerunt: et immortalem factum: et cum bona prędicatione eius meminerūt. Christianos aūtem pollutos inqt et contaminatos & errore implicatos esse dicūt: & multis talibus aduersus eos blasfemiis utūtur. Deinde subicit uelut deox oracula blasfemantium christianos. Et post hęc de christo autem inquit interrogātibus si est deus: ait Heccate. Quoniam quidem immortalis aīa post corp9 ut incedit nosti: a sapiēta autem abscisa errat semper. uiri pietate prēstantissimi est illa anima. hāc colūt alieni a ueritate. Deinde post uerba eius quasi oraculi sui ipse contexens. Pitissimum igitur uirum inquit eum dixit: & eius animam sicut & aliorum piorum post obitum immortalitate donatam: et hanc christianos colere errantes. Interrogantibus aūt inqt. Cur ergo damnatus est: oraculo rndit, dea. Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est: anima aūt piorum cęlesti sedi insidet. Illa uero anima aliis animabus fataliter dedit: quib9 fata nō annuerunt deorum obtinere dona: neq; habere Iouis immortalis agminonem errore implicari. Propterea ergo diis exosi: quia quibus fato nō fuit nosse deum: nec dona a diis accipere: his fatafiter dedit iste implicari erroī. Ipse uero pius & ī cęlum sicut pii inciesit. Itaq; hūc quidem nōon blasfemabis: miraberis aūt dementiam hominum: ex eo in eis facile precepsq; periculum. Quis ita stultus est ut non intelligat aut ab homine callido eoq; christianis inimicissimo: hęc oracula fuisse conficta: aut cōsilio simili ab impuris dęmonibus ita fuisse responsa. ut scilicet quoniam laudant christum: propterea credantur ueraciter uituperare xpianos: atq; ita si possint intercludant uiā salutis ętern ę ī qua quisq; fit christian9. Suę quippe nocendi astutię millefomi sentiunt non esse contrarium: si credatur eis laudantibus christum: dum tamen credatur etiam uituperantibus christianos. ut eum qui utrunq; crediderit: talem christi faciant laudatorem: ne christianus esse uelit. Ac sic quamuis ab illo laudatus: ab istorum tamen dęmonum dominatu eum non liberet xps: prędertim quia ita laudant christum: ut quisquis in eum talem crediderit qualis ab ipsis prędicatur: christianus uerus nō sit. Sed Fotinianus hereticus qui tātūmodo hominem non etiam deum nouerit christum: & ideo per eum saluus esse nō possit: nec istorum mendaciloquorum dęmonum laqueos uitare uel soluere. Nos autē neq; Apollinem uituperantem christum: neq; Heccaten possumus approbare laudantem. Ille autem tāqnam iniquū christum uult credi: quoniā a iudicibus recta sentientibus dicit esse occisum. ista hominem piissimum: sed hominem tantum. Una ē tamen & illius & huius intētio. ut nolint homines esse christianos quia nisi christiani erunt: ab eorum erui potestate non poterunt. Iste uero philosophus uel potius qui talibus aduersus christianos q̄si oraculis credunt: prius fatiant si possunt: ut inter se de ipso christo Heccate atq; Apollo concordent: eumq; aut ambo ui-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tuperent aut ambo collaudent. Quod ſi facere potuíſſent: nihilomínus nos et uí- tuperatores & laudatores chriſti falla- ces dęmones uítaremus. Cum uero eorũ deus & dea ínter ſe de chriſto ille uítupe- rando: iſta laudando diſſentiant: pro- fecto eis blaſſemãtibus chriſtianos non credunt boĩes: ſi recte ipſi ſentiant. Sane chriſtũ laudans uel Porphirius ul' Hec- cate: cum dicant eum ipſum fataliter de- diſſe chriſtiamís ut implicarẽtur errore. cauſas tamen eiuſdem ſicut putat pandit erroris. quas anteq̃m ex uerbis eius ex- ponam: príus quęro ſi fataliter dedit chriſtus chriſtiamís erroris implicationẽ. Vtrum uolens aut nolẽs dederit. Si uo- lens: quomodo iuſtus? Si nolens: quo- modo beatus? Sed iam ipſius erroris cauſas audiamus. Sunt ínquit ſpiritus terreni mínimi loco terreno quodã: ma- lorum dęmonũ poteſtati ſubiecti. ab his ſapientes hebreorum quorum unus etiaz iſte Iheſus fuit: ſicut audiſti diuína A- pollínis oracula quę ſuperius dicta ſunt. ab his ergo hebrei dęmonibus peſſimis & mínoribus ſpiritibus uetabant religi- oſos: & ipſis uacare prohibebant. uene- rari autem magis cęleſtes deos: amplius autem uenerari deum patrem. Hęc autez ínquit & dii prędpiunt: & ín ſuperiori- bus oſtendimus quemadmodum aĩad- uertere ad deum monent et illum impant colere ubiq;. Verum índocti et impię na- turę: quibus uere fatum non conceſſit a diis dona obtínere: neq; habere Iouis ímmortalis notionem: non audientes & deos & diuínos uiros: deos quidẽ om- nes recuſauerunt: prohibitos autem dę- mones non ſolum nullis odiis ínſequi: ſed etiam reuereri delegerunt. Deum au- tem ſimulantes ſe colere: ea ſola per quę deus adoratur non agunt. Nam deus quidem utpote omnium pater nullíus índiget: ſed nobis eſt bene cum eum per iuſtitiam & caſtitatem aliaſq; adoramus uirtutes: ipſam uitam prędcem ad ipſum facientes: per imitationem & ínquiſitio- nem de ipſo. Inquiſitio enim purgat ín- quit: imitatio deificat affectiõem ad ipm operando. Bene quidem prędicauit deũ patrem & quibus moribus ſit colendus dixit. Quibus prędceptis prophetici libri pleni ſunt hebreorum: quando ſancto- rum uita ſiue laudatur ſiue uituperatur. Sed ín chriſtiamis tantum errat: aut tan- tum calumpniatur quantum uolunt dę- mones quos deos opínatur. quaſi cuiq̃m difficile ſit recolere quę turpia: quę de- decora erga deorum obſequium ín thea- tris agebantur & templis: & actendere quę legantur: dicantur: audiantur ín ęcclefiis: uel deo uero quid offeratur: & hínc íntelligere ubi ędificium & ubi rui- na ſit morum. Quis autem dixit huic uel ínſpirauit: niſi diabolicus ſpiritus tam uanum apertumq; mẽdatium: q dęones ab hebreis coli prohibitos: reuereantur potíus q̃ oderínt chriſtiamí? Sed deus ille quem coluerunt ſapientes hebreorũ: etiam cęleſtibus ſanctis angelis & uirtu- tibus dei: quos beatiſſimos tanquam ci- ues ín hac noſtra peregrínatione mortali ueneramur & amamus: ſacrificari uetat ínterdicens ín lege ſua quam dedit populo ſuo hebreo: et ualde mínaciter ínculit di- cens. Sacrificans diis eradicabitur. Et ne quiſquam putaret dęmonibus peſſimis terreniſq; ſpiritibus: quos iſte dicit mi- nimos uel mínores: ne ſacrificeẽ eſſe prę- ceptum: quía & ín ſcripturis ſanctis ipſi dicti ſunt dii: non hebreorum ſed gen- tium. quod euidenter ín pſalmo ſeptua:ge- ſimo ínterprętes poſuerũt dicẽtes. Quo- niam dii gentíum dęmonia. ne quis ergo putaret iſtis quidem dęmonibus prohi- bitum eſſe: cęleſtibus autem uel ommibus uel aliquibus ſacrificari eſſe permiſſum: mox addidit: niſi domíno ſolu. id eſt niſi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

domino tantum. ne forte ꝙ ait domino soli: dominum solem credat esse quispiaꝫ: cui sacrificandum putat. Quod nõ ita esse intelligendum in scripturis grecis facillime reperitur. Deus igitur hebreorum cui tam magnum tantus etiã iste philosophus perhibet testimonium: legem dedit suo populo hebreo: hebreo sermone conscriptam: non obscuram & incognitam: sed omnibus iam gentibus diffamatam. in qua lege scriptum est. Sacrificans diis eradicabitur: nisi domino tantum. Quid opus est in hac eius lege eiusq; prophetis de hac re multa perquirere: imo non perquirere? Non enim obstrusa uel rara sunt: sed aperta & crebra colligere: & in hac disputatõne mea ponere quibus luce clarius apparet: nulli omnino nisi tantũ sibi deum uerum & summum sacrificari uoluisse. Ecce hoc unũ breuiter imo grãditer: minaciter: sed ueraciter dictum ab illo deo quem tam excellẽter eorum doctissimi predicãt: audiatur: timeatur: impleatur: ne inobedientes eradicatio consequatur. Sacrificans diis eradicabitur inquit: nisi domino tantum. Non quo rei egeat alicuius: sed quia nobis expedit ut res eius simus. Huic enim canitur in sacris literis hebreorum. Dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Huius autem preclarissimum atq; optimum sacrifitium nosipsi sumus. Hec est ciuitas eius: cuius rei misterium celebramus oblatõnibus nostris: que fidelibus note sũt: sicut in libris precedentibus disputauimus. Cessaturas n. uictimas quas in umbra futuri offerebant iudei: & unum sacrifitium gentes a solis ortu usq; ad occasum sicut iam fieri cernimus oblaturas: per prophetas hebreos oracula increpuer̃ diuina. Ex quibus quãtum satis uisum est nonnulla ꝓtulimus: & iam huic operi aspersimus. Quapropter ubi non est ista iustitia: ut scd̃m suam gratiam ciuitati obedienti deus imperet unus & summus: ne cuiquaꝫ sacrificet nisi sibi tantum: & per hoc in omnibus hominibus ad eandem pertinentibus ciuitatem: atq; deo obedientibus: animus etiam corpori atq; uiciis ratio: ordine legitimo imperet fideliter: ut quemadmodum iustus unus: ita cetus populusq; iustorum uiuat ex fide que operatur per dilectionẽ: qua homo diligit deum sicut diligendus est deus: & ꝓximum sicut seipsum. Vbi ergo non est ista iustitia: profecto non est cetus hominum iuris consensu & utilitatis communione sociatus. Quod si non est: utiq; populus non est: si uera est hec populi diffinitio. ergo nec respublica est. quia res populi non est: ubi ipse populus non est.

Si autem Capitulum. xxiiii. populus non isto sed alio diffinit̃ modo: uelut si dicatur populus est cetus multitudinis rationalis: rerum quas diligit concordi communione sociatus: ꝓfecto ut uideatur qualis quisq; populus sit ista sunt intuenda que diligit. Quecunq; tamen diligat si cetus est multitudinis non pecorum sed rationalium creaturarum: & eorum que diligit communione concordi sociatus est: non absurde populus nuncupatur, tanto utiq; melior quanto in melioribus: tantoq; deterior quanto est in deterioribꝰ concors. Scd̃m istam diffinitionem nostram: romanus populus populus est: et res eius sine dubitatõne respublica. Quid autem primis temporibus suis quid ue sequẽtibus populus ille dilexerit: & quibus moribus ad cruentissimas seditiones: atq; inde ad sociala atq; ciuilia bella perueniẽs: ipaꝫ concordiam que salus est quodammodo populi ruperit atq; corruperit: testatur historia de qua in precedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen ul' ip̃m non esse populum: uel eius rem dixerim

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non esse rempulicam: q̃m diu manet qualiscunq; multitudinis rationalis cętus: rerum quas diligit concordi communione sonatus. Quod autem de isto populo & de ista republica dixi: hoc de athenięnsiū uel quorumcunq; grecorum uel egipnorum: hoc de illa priore babilone assirio-rum: quādo in rebus suis publicis imperia uel parua uel magna tenuerunt: & de alia quacūq; aliarum gentium intelligar dixisse atq; sensisse. Generaliter quippe ciuitas impiorum cui non imperat deus obedienti sibi: ut sacrificium non offerat nisi tantummodo sibi: et per hoc in illa et animus corpori rationi q; uiciis recte ac fideliter imperet: caret iustię ueritate.

QVamlibet enim uideatur animus corpori: et ratio uiciis laudabiliter imperare: si deo animus & ratio ipsa non seruit sicut sibi seruiendum esse ipse deus precepit: nullo modo corpori uiciisq; recte imperat. Nā qualis corporis atq; uiciorum potest esse mens domina: dei ueri nescia: nec eius imperio subiugata: sed uitiosissimis demonibus corrumpentibus prostituta? Proinde uirtutes quas sibi habere uidetur: per quas imperat corpori & uiciis. ad quodlibet adipiscendum uel tenendum retulerit nisi ad deum: etiam ipsa uicia sunt potius q̃ uirtutes: nam licet a quibusdam tunc uere atq; honeste putentur esse uirtutes cum ad seipsas referuntur: nec propter aliud expetuntur: tunc etiaz inflate atq; superbę sunt. et ideo non uirtutes sed uicia iudicāda sunt. Sicut enim non est a carne sed sup carnem quod carnem facit uiuere: sic non est ab homīe sed super hominem quod hominem facit beate uiuere. nec solum hominem sed etiam quamlibet potestatem uirtutēq; celestem.

QVocirca ut uita carnis anima est: ita beata uita hominis deus est: de quo dicū sacre litere hebreorum. Beatus populus cuius est dominus deus ipsi9. Miser igitur populus ab isto alienatus deo. Diligit tamē etiam ipse quandam pacem suam nō improbandam: quam quidem non habebit in fine: qui nō ea bene utitur ante finem. Hanc autē ut interim habeat in hac uita nostra etiam interest. quoniam q̃m diu permixte sunt ambę ciuitates: utimur et nos pace babilonis. ex qua ita per fidem dei populus liberatur: ut apud hanc interim peregrinet̃. Propter quod et apostolus ammonuit ecclesiam ut oraret pro regibus eius atq; sublimibus: addens & dicens ut quietam & tranquillam uitam agamus cum omni pietate & caritate. Et propheta Hieremias cum populo ueteri dei uēturam prenunciaret captiuitatem: & diuinitus imperaret ut obedienter in babiloniam irent: deo suo etiam ista patientia seruientes: monuit et ipse ut oraretur pro illa dicēs: quia in pace eius est pax uestra. Vtiq; interim temporalis pax quę bonis malisq; communis est.

PAx autem nostra propria & hic est cum deo per fidem: et in eternum erit cum illo per speciem. Sed hic siue illa communis: siue nostra propria talis est pax: ut solatium miserię sit potius q̃ beatitudinis gaudiū. Ipsa quoq; nostra iustitia q̃muis uera sit: propter ueri boni finem ad quem refertur: tamen tanta est in hac uita: ut potius peccatorum remissione constet q̃ perfectiōe uirtutum. Testis est oratio totius ciuitatis dei quę pegrinatur in terris. Per omnia quippe mēbra sua clamat ad deū. Dimicte nobis debita nostra: sicut et nos dimictimus debitoribus nostris. Nec ꝑ eis ē efficax hec oratio: quorum fides sine operibus mortua est: sed pro eis quorum fides per dilectōnem operatur. Quia etiz deo quidem subdita: in hac tamen conditione mortali & corpore corruptibili qđ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

aggrauat aīam: non perfecte uiciis ratio imperat: ideo necessaria ē iustis talis oro. Nam ꝓfecto q̄nq̄ imperetur: nequaquaꝫ sine cōflictu uiciis imperatur. Et utiq; aliquid subrepit ī hoc loco infirmitatis etiā bene confligēti: siue hostibus talibꝰ uictis subditisq; dominanti: unde si non facili operatione certe labili locutione aut uolatili cogitatione peccetur. Et ideo q̄diu uiciis imperatur plena pax non est: quia et illa quę resistunt periculoso debellātur prelio. & illa quę uicta sunt nondum securo triumphantur otio: sed adhuc solicito premuntur imperio. In his ergo temptatiōibus de quibus oībus in diuīs eloquiis breuiter est dictum: nūquid non temptatio est uita humana super terram. quis ita uiuer̄ se pręsumat ut dicēdo deo dimicte nobis debita nr̄a non necesse habeat: nisi homo elatus: nec uero magnus sed inflatus ac tumidus: cui per iustitiaꝫ resistit qui gratiam largitur humilibus. propter quod scriptum est deus supbis resistit: humilibus autem dat gratiam? Hic itaq; in unoquoq; fideli iustitia est: ut obedienti deus homini: animus corpori: ratio autem uiciis etiā repugnātibus imperet: uel subigendo uel resistendo: atq; ut ab ipso deo petatur et meritorum gr̄a et uenia delictoruꝫ: ac de acceptis bonis gratiarum actio persoluatur. In illa uero pace finali quo referenda & cuius adipiscendę causa habenda est ista iustitia: quoniam sanata immortalitate atq; īcorruptione natura uicia non habebit: nec unicuiq; nostrum ab alio uel a seipso q̄cq̄m repugnabit: non opus erit ut ratio uiciis quę nulla erunt imperet: sed imperabit deus homini: animus corpori. tantaq; obediendi ibi erit suauitas & facilitas: quanta uiuendi regnandiq; felicitas. & hoc illic in om̄ibus hominibus atq; in singulis ęternum erit: ęternūq; esse certū erit. & ideo pax huius beatitudinis: uel beatitudo pacis huius summū bonū erit.

Eorum autē qui nō pertinent ad istam ciuitatē dei: erit & ecōtrario miseria sempiterna: que etiam secūda mors dicitur. quia nec aīma ibi uiuere dicēda est: quę a uita dei aliēata erit: nec corpus quod ęternis doloribus sbiacebit. Ac ꝑ hoc ideo durior ista secunda mors erit: quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini & mors uitę: ita bellum paci uidetur esse contrarium: merito quęritur sicut pax in bonorum finibus prędicata est atq; laudata: quod ul' quale bellum in finibus malorū econtrario possit ītelligi. Verum qui hoc quęrit: actendat quid in bello noxium pernitiosūq; sit: & uidebit nihil aliud q̄ esse intęr se rerū aduersitatē atq; conflictum. Quod igitur bellū grauius & amarius cogitari potest: q̄m ubi uolūtas sic aduersa est passioni: et passio uolūtati: ut nullius earum uictoria tales inimicitię finiantur: et ubi sic confligit cū ipa natura corporis uis doloris: ut neutrum alteri cedat? Hic enim qñ contīgit iste cōflictus: aut dolor uincit & sensum mors adimit: aut natura uīcit & dolorē sanitas tollit. Ibi autem et dolor ꝑmanet ut affligat: et natura perdurat ut sentiat. Quia utrunq; ideo nō deficit: ne pęna deficiat. Ad hos autem fines bonorum & malorum: illos expetendos istos cauendos: quoniam per iuditium transibunt ad illos boni: ad istos mali. de hoc iuditio quātū deus donauerit in consequenti uolumine disputabo.

AVRELII·AVGVSTINI·DE·CIVITATE·DEI LIBER·XX·

De die ultimi iuditii dei qd̄ ipe donauerit locuturi: eūq; asꝰturi aduersꝰ īpios et īcredulos: tanq̄ ī ędifitii fūdamēto priꝰponer̄

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

testimonia diuina debemus. Quibus qui nolunt credere: hūanis ratiunculis falsis atq; fallacibus contrauenire conātur. ad hoc ut aut aliud significare contendant: quod adhibeī testimoniū de lr̄is sacris: aut oio diuinitus eē dictum negēt. Nam nullum existimo eē mortalium: qui cum ea sicut dicta sunt intellexerit: et a sūmo ac uero deo per animas sanctas dicta eē crediderit: nō eis cedat atq; cōsēnat. siue id ore etiā fateaī: siue aliquo uicio fateri erubescat aut metuat: uel etiā peruicaa simillima isanię id quod falsum eē nouit aut credit: etiā contenaosissime defendeī moliatur. Quod ergo in cōfessione ac; professione tenet oīs ecclesia dei ueri: christū de cęlo esse uenturu; ad uiuos ac mortuos iudicandos: hunc diuini iudicii ultimu; diem dicimus: id ē nouissimum tempus. Nam per quot dies hoc iudiciū tendatur incertum est. sed more sanctarum scr̄tu-ra; diem poni solere pro tempore: nemo qui illas literas quamlibet negligēter legerit nescit. Ideo autem cum diem iudicii dei dicimus: addimus ultimū uel nouissimū: quia et nunc iudicat: et ab humani generis initio iudicauit: dimictēs de paradiso et a ligno uitę separans p̄mos boīes: magni peccati perpetratores. Imo etiam quando angelis peccantibus non pepcit: quorum princeps hominēs a seipso subuersos inuidēdo subuertit: procul dubio iudicauit, nec sine illi⁹ alto iustoq; iudicio: et in hoc aereo cęlo & in terris et dēonū & hominū miserrima uita ē: erroribus erumnisq; pleniissima. Verum & si nemo peccasset: non sine bono rectoq; deus iudicio uniuersam creaturam rationalem perseuerantissime sibi domino suo cohe-rentem: in ętterna beatitudine retineret. Iudicat etiam nō solum uniuersaliter de genere dęmonum atq; hominū: ut miseri sint propter primorum meritum p̄cto;: sed etiam de singuloru; operibus ꝓpriis quę gerunt arbitrio uoluntatis. Nam & dęmones ne torqueantur precantur: nec iniuste utiq; uel parcitur eis: uel pro sua quiq; improbitate torquentur. Et boīes plr̄ūq; aperte plr̄ūq; occulte luunt pro suis factis diuinitus pęnas: siue in hac uita siue post mortem: quāuis nullus boīum agat recte nisi diuino adiuuetur auxilio: nullus dęmonum aut hominum agat in-ique nisi diuino eodemq; iustissimo dei iudicio permictatur. Sicut enim ait apls: non est iniquitas apud deum. Et sicut ip̄e dicit alibi inscrutabilia sunt iudicia dei: & inuestigabiles uię eius. Non igitur in hoc libro de illis primis: nec de istis me-diis dei iudiciis: ꝙ de ipso nouissio iudicō quantum ipse tribuerit disputabo. quā-do christus de cęlo uenturus est uiuos iudicaturus & mortuos. Iste qppe dies iudicii proprie uocatur: eo ꝙ nullus ibi imperite erit querelę locus: cur iniustus ille sit felix: et cur iustus ille infelix. Oīm nanq; tunc non nisi bonorū plena et uera felicitas: & omniū nō nisi malorū digna et summa infelicitas apparebit.

NVnc autem Capitlm .ii.

Net mala equo animo ferre discim⁹; quę patiūtur et boni: et bona nō magni-pendere quę adipiscuntur & mali. Ac p hoc etiam in his rebus in quibus nō ap-paret diuina iustitia: salutaris est diuina doctrina. Nescimus enim quo iudicio dei bonus ille sit pauper: malus ille sit diues. Iste gaudeat quē pro suis pditis morib⁹ cruciari debuisse merorib⁹ arbitramur: contristeī ille quem uita laudabilis gau-dere debuisse persuadet: exeat de iudicio non solum inultus uerū etiam damnatus innocens: aut iniquitate iudicis pressus: aut falsis obrutus testimoniis. Ecōtrario scelestus aduersarius eius non solum im-punitus: uerum etiā uindicatus insultet. Impius optime ualeat: pius languore tabescat. Latrocinētur sanissimi iuuenes:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

et qui nec uerbo ledere quenq̃ potuerunt diuersa morborũ atrocitate affligantur. infantes utiles rebus hũanis immatura morte rapiantur: et qui uidẽtur nec nasci debuisse diutissime insuper uiuant. plenq̃ crimínibus sublimetur honoribus: et homínem sine querela tenebrę ignobilitatis abscondant. & cętera huiusmodi. Quę qs colligit? Quis enumerat? Quę si haberẽt uelut in ipsa absurditate constantiam: ut in hac uita in qua sicut sacer psalmus eloquitur homo uanitati similis factus est: et dies eius sicut umbra prętereunt: non nisi mali adipiscerẽtur transitoria bona ista atq; terrena: nec nisi boni talia paterẽtur mala: posset hoc referri ad iudicium dei iustum: siue etiã benignum. ut qui nõ erant assecuturi bona ętterna quę beatos faciunt: his temporalibus uel deciperentur pro malitia sua: uel pro dei misericordia consolarẽtur bonis. & qui non erant passuri ętterna tormenta: temporalibus uel pro suis quibuscunq; uel quantulis cunq; peccatis affligerẽtur: uel propter implẽdas uirtutes exercerentur malis. Nunc uero quando non solũ in malo sunt boni & in bono mali: quod uidetur iniustum: uerum etiam plerũq; & malis mala eueniunt: & bonis bona proueniũt: magis inscrutabilia fiunt iudicia dei: et inuestigabiles uię eius. Quãuis ergo nesciamus q̃ iudicio deus ista uel fatiat ul' fieri sinat: apud quem summa uirtus est & summa sapiẽtia: sũmaq; iustitia: nulla infirmitas: nulla temeritas: nulla iniquitas: salubriter tamen discimus nõ magnipendere seu bona seu mala: quę uidem9 bonis malisq; communia: & illa bona quęrere quę bonorum: atq; illa mala maxime fugẽ quę propria sunt malorũ. Cum uero ad illud iudicium dei uenerimus: cuius tempus iam proprie dicitur dies iudicii: & aliqñ dies domini nuncupatur: nõ solum quęcũq; tunc iudicabũtur uerum etiã quęcũq; ab initio iudicata: & quęcunq; usq; ad illud tempus adhuc iudicanda sunt: appebunt esse iustissima. ubi hoc quoq; manifestabitur q̃ iusto dei iudicio fiat: ut nunc tam multa ac pene omnia iusta dei iudicia lateant sensus mortalesq; mentes: cũ tamẽ in hac re piorũ fidem non lateat eẽ iustũ quod latet.

Capitłm .iii.

NEmpe Salomon sapiẽtissimus rex israel qui regnauit in hierusalem: librum qui uocatur ęcclesiastes & a iudeis quoq; habetur in sacrarum canone lr̃ay: sic exorsus est. Vanitas uanitatum dixit ęcclesiastes. uanitas uanitatum et omnia uanitas. Quę homini abũdantia ex oĩ labore suo quo laborat sub sole? Et cum ex hac sententia connecteret cętera: commemorãs erumnas erroresq; huius uitę: & euanescentes interea temporum lapsu9: ubi nihil solidum nihil stabile retinetur in ea rerum uanitate sub sole: illud etiam deplorat quodammodo: q̃ cum sit abundantia sapientię super insipientiam: sicut est lucis abundantia super tenebras: sapiẽtisq; oculi sint in capite ipius: et stulto9 in tenebris ambulet: unus tamen incurs9 omnibus incurrat unq; ĩ hac uita quę agitur sub sole. sig̃ficans uidelicet ea mala quę bonis et malis uidemus esse communia. Dicit etiam illud q̃ & boni patiãtur mala tanq̃m sint mali: et mali tanq̃m boni sint adipiscantur bona: ita loquens. Est inquit uanitas quę facta ẽ super terram. quia sũt iusti super quos uẽit sicut factus impiorum: & sunt impii super quos uẽit sicut iustorum factus. Dixi quoniam hoc quoq; est uanitas. ĩ hac uanitate cui q̃ntum satis uisum est insistendum istum librum totum uir sapiẽtissimus deputauit. non utiq; ob aliud: nisi ut eam uitam desideremus quę uanitatem nõ habet sub sole: sed ueritatem sub illo qui fecit hunc solem. In hac ergo uanitate: nũqd ñ iusto rectoq; dei iudicio similis eidem uanitati

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

factus uaneſceret homo? In diebus tamē uāitatis ſuę intereſt plurimum: utrū reſiſtat an obtemperet uanitati: & utrum ſit expers uerępietatis an particeps. Nō propter uitę huius ul'bona adquirēda: uel mala uitanda uaneſcēdo tranſeuntia: ſed propter futurum iudiciū: per quod erunt bonis bona & malis mala ſine fine manſura. Demiq; iſte ſapiēs hunc librum ſic cōcluſit: ut diceret. Deū time et mandata eius cuſtodi: hoc eſt omnis homo. quia omne hoc opus deus adducet in iudiciū in omni deſpecto: ſiue bonum ſiue malum. Quid breuius: uerius: ſalubrius dici potuit? Deum inquit time: & eius mandata cuſtodi. quia hoc eſt oīs homo. Quicunq; enim eſt: eſt cuſtos utriq; mādatorum dei. quoniam qui hoc non eſt nihil eſt. Non enim ad ueritatis imaginem reformatur: remanens in ſimilitudine uanitatis. Quia omne hoc opus id eſt quod ab homine fit in hac uita ſiue bonum ſiue malū: deus adducet in iudiciū in omni deſpecto: id eſt in omni etiā qui contēptibilis hic uidet̄ & ideo nec uidetur. quia deus et ipm uidet nec eū deſpicit: nec eum cū iudicat preterit. Capitulum .iiii.

HVius itaq; ultimi iudicii dei teſtimonia de ſanctis ſcripturis: quę ponēr inſtituí prius eligenda ſunt de libris teſtamenti noui: poſtea de ueteri. Quāuis enim uetera priora ſint tempore: noua tñ anteponenda ſunt dignitate: quoniā illa uetera prēconia ſunt nouorū. Noua igit̄ ponenda ſunt prius. quę ut firmius probemus aſſumuntur et uetera. In ueteribꝰ habentur lex & prophetę: in nouis euāgelium & apoſtolicę literę. Ait aūt apls. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autē ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt: teſtificata per legem & pphetas. Iuſtitia autem dei per fidem Ihesu chriſti in oēs qui credunt. Hęc iuſtitia dei ad nouum pertinet teſtamentum: & teſtimonium a ueteribus libris habet: hoc ē a lege et pphetis. Prius igitur ipſa cauſa ponenda eſt: et poſtea teſtes introducendi. Hunc & ipſe Ihesus chriſtus ordinem ſeruādū eſſe demonſtrans: ſcriba inquit eruditus in regno dei: ſimilis eſt patrifamilias pferēti de ſuo theſauro noua et uetera. Nō dixit uetera et noua. quod utiq; dixiſſet niſi maluiſſet meritorum ordinē ſeruare q̄ temporum. Capitlm .v.

ERgo ipſe ſaluator cū obiurgaret ciuitates in quibus magnas uirtutes fecerat: neq; crediderant: et eis alienigēas anteponeret: uerūtamen inquit dico uobis. tyro & ſydoni remiſſius erit in die iudicii q̄ uobis. Et paulo poſt alteri ciuitati. Amen inquit dico uobis quia terrę ſodomorum remiſſius erit in die iudicii q̄ tibi. Hic euidentiſſime prędicat diem iudicii eſſe uenturum. Et alio loco. Viri ninuitę ſurgent in iudicio cum iſta generatione: et condemnabunt eam: quia pęnitentiā egerunt in prędicatione Ionę. Et ecce pluſq̄m Iona hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta: et condemnabit eam: quia uenit a finibus terrę audire ſapientiam Salomonis. & ecce pluſq̄m Salomon hic. Duas hoc loco res diſcimus. et uenturum eſſe iudicium: & cum mortuorum reſurrectōne uenturum. De ninuitis enim & regina auſtri quando hęc dicebat: de mortuis ſine dubio loquebatur. quos tamen in die iudicii reſurrecturos eē prędixit. Nec ideo dixit condemnabunt: quia ipſi iudicabunt: ſed quia ex ipſorum comparatiōe iſti merito damnabuntur. Rurſus alio loco cum de malorum hominum et bonorum nunc pmixtione poſtea ſeparatiōe: quę utiq; die iudicii futura eſt loquerętur: adhibuit ſimilitudinem de tritico ſeminato & ſupſeminatis zizaniis: eamq; ſuis exponens diſcipulis. Qui ſeminat inquit bonū ſemē eſt filius hois: ager autem eſt hic mūdus:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bonum ſemen autem hi ſunt filii regni: zizania autem filii ſunt nequam. Inimicus autē q̄ ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis uero conſūmatio ſeculi eſt. meſſores autē angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur: ſic erit in conſūmatiōe ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: et colligent de regno eius oīa ſcādala: & eos qui faciunt iniquitatem: & mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit fletꝰ et ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi audiat. Hic quidem iudicium uel diem iudicii non nominauit: ſed eū multo clarius ipſis rebus expreſſit. et in fine ſeculi futuꝝ eſſe prędixit. Item diſcipulis ſuis. Amen inquit dico uobis: q̄ uos qui ſecuti eſtis me: in regeneratōe cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis et uos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribꝰ iſrael. Hinc diſcimus cum ſuis diſcipulis Ihm iudicaturum. Vnde et alibi iudeis dixit. Si ego in Beelzebub eijcio dęmonia: filii ueſtri in quo eijciūt? Ideo ipſi iudices uri erunt. Nec quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſſuros eē ait duodecim ſolos homines cū illo iudicaturos debemus putare. Duodenario q̄ppe numero uniuerſa quędam ſignificata eſt multitudo iudicātiū: propter duas partes numeri ſeptenarii: quo plerūq̄ ſignificatur uniuerſitas: quę duę partes id eſt tria & quatuor altera per alteram multiplicatę duodecim ſunt uel faciūt. Nam quatuor ter & tria q̄ter duodecim ſunt. et ſi qua alia huius duodenarii numeri quę ad hoc ualeat ratio reperitur. Alioquin quoniam in loco traditoris Iude apoſtolū Mathiam legimꝰ ordinatum. Apoſtolus Paulus qui plus illis omnibus laborauit: ubi ad iudicandum ſedeat non habebit: qui profecto cum aliis ſanctis ad numerum iudicij ſe pertinere demonſtrat cum dixit. Neſcitis quia angelos iudicabimus? De ipſis q̄q̄ iudicandis: in hoc numero duodenario ſimilis cauſa eſt. Non enim quia dictum eſt iudicātes duodeciꝫ tribus iſrael: tribꝰ Leui quę tertiadecima ab eis eſt iudicāda non erit. Aut ſolum illum populum: non etiam gentes cęteras iudicabunt. Quod autem ait in regeneratione: procul dubio mortuorum reſurrectionem nomine regenerationis uoluit intelligi. Sic enī caro noſtra regenerabitur per incorruptionē: quemadmodum aīa noſtra regenerata eſt per fidem. Multa prętereo quę de ultimo iudicio ita dici uidētur: ut diligēter conſiderata reperiātur ambigua: ul magis ad aliud pertinentia: ſiue ſcilicet ad eum ſaluatoris aduētum: quo per totum hoc tempus in ęcclęſia ſua uēit: hoc eſt in membris ſuis priculariter atq̄ paulatim: quoniam tota corpus eius eſt: ſiue ad excidiū terrenę hieruſalem: quia et de illo cum loquitur plerūq̄ ſic loquitur tanq̄m de fine ſęcli: atq̄ de illo die iudicii nouiſſimo & magno loquatur: ita ut dinoſci non poſſit omnino: niſi ea quę apud tres ęuangeliſtas: Matheū: Marcū: & Lucā: de hac re ſimiliter dicta ſunt: iuxta ſe oīa conferantur. Quędam quippe alter obſcurius: alter explicat planius. ut ea quę ad unā rem pertinentia dicuntur appeat unde dicantur. Quod facere utcunq̄ curaui in quadam ępiſtola: quam reſcripſi ad beatę memorię uiruꝫ Eſychium ſalonitanę urbis ępiſcopū: cuiꝰ ępiſtolę titulꝰ eſt de fine ſęcli. Proinde iā illud hic dicā q̄d in ęuāgelio ſcdm Matheū de ſeparatiōe bonorum et malorū legitur: per iuditiū preſentiſſimum atq̄ nouiſſimum chriſti. Cum autem uenerit inquit filius hoīs in maieſtate ſua: et omnes angeli cū eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę. Et cōgregabuntur ante eum omnes gētes: & ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet quidem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

oues a dexteris ſuis: hedos autez a ſiniſ-
tris. Tũc dicet rex his qui a dexteris eiꝰ
erunt. Venite benedicti patris mei: poſſi-
dete paratum uobis regnum a cõſtitutõe
mũdi. Eſurĩui enĩ et dediſtis mihi mãdu-
care: ſitiui: & dediſtis m̃i bibere. Hoſpes
eram: et collegiſtis me. Nudus: & coope-
ruiſtis me. Infirmus: & uiſitaſtis me. In
carcere eram: et ueniſtis ad me. Tunc re-
ſpondebunt ei iuſti dicentes. Domine qñ
uidimus te eſurientẽ et pauimꝰ? Sitientẽ:
et dedimus tibi potum? Quando autem
te uidimus hoſpitem: & collegimus te?
Aut nudum: et cooperuimus te? Quãdo
autem te infirmũ uidimus aut in carceꝛ:
et uenimꝰ ad te? Et reſpondens rex dicet
illis. Amẽ dico uobis. q̃ndiu feciſtis uni
de his fratribꝰ meis mĩmis: mihi feciſtis.
Tunc dicet et his q a ſiniſtris eius erunt.
Diſcedite a me maledicti ĩ ignem ęternũ:
qui paratus eſt diabolo & angelis eius.
Deinde ſimiliter etiã his enumerat: q illa
nõ fecerĩt quę dexteros feciſſe mẽorauit.
Similiterq; interrogantibus quando eũ
uiderint in eorum indigentia conſtitutũ:
qđ minimis ſuis nõ eſt factum: ſibi factũ
non fuiſſe reſpondet. Sermonemq; cõclu-
dens: et hi inquit ibunt in ſupplitiũ ętер-
num: iuſti autẽ in uitam ętернam. Iohes
uero ęuangeliſta apertiſſime narrat eum
in reſurrectiõe mortuorum futurũ prę-
dixiſſe iudiciũ. Cum enim dixiſſet neq;
enim pater iudicat quenq̃m: ſed oĩme iu-
diciũ dedit filio: ut omnes honorificẽt
filium ſicut honorificant patrem: qui non
honorificat filium non honorificat pr̃em
qui miſit illum: protinus addidit. Amen
amẽ dico uobis: quia qui uerbum meum
audit et credit ei q miſit me; habet uitam
ętернam: & in iudiciũ non ueniet: ſed
a morte tranſit ĩ uitã. Ecce hic dixit ſuos
etiam fideles in iudiciũ non uenire. Quõ
ergo per iudiciũ ſeparabũtur a malis:
et ad eius dexteram ſtabũt: niſi quia hoc
loco iudiciũ pro damnatione poſuit?
In tale enim iudiciũ non uenient q au-
diunt uerbum eius: et credunt ei q illum
miſit.

Capitlm .vi.

DEinde adiungit et dicit. Amẽ amẽ
dico uobis: qa uenit hora & nũc ẽ:
quando mortui audient uocem filii dei:
et qui audierint uiuẽt. Sicut enim pater
habet uitam ĩ ſemetipſo: ſic dedit & filio
uitam habere in ſemetipſo. Nondum de
reſurrectõne ſecunda id eſt corpoꝛ loqt̃:
quę in fine futura eſt: ſed de prima quę
nũc eſt. Hanc quippe ut diſtingueret ait.
Venit hora & nunc eſt. Non autem iſta
corporum: ſed animarũ eſt. Habent enim
et animę mortem ſuam in impietate atq;
peccatis: ſcdm quam mortem ſũt mortui
de quibus idem dominus ait. Sine mor-
tuos ſepelire mortuos ſuos: ut ſcilicet in
anima mortui in corpore mortuos ſepe-
lirent. Propter iſtos ergo impietate &
iniquitate in anima mortuos: uenit inqt
hora et nunc eſt: quando mortui audient
uocem filii dei: et q audierint uiuent. Qui
audierint dixit: qui obedierint: qui cre-
diderint: & uſq; in finẽ perſeuerauerint.
Nec fecit hic ullam differentiam bonorũ
& malorum. Omnibus enim bonum eſt
audire uocem iſtius & uiuere: ad uitam
pietatis ex impietatis morte tranſeundo.
De qua morte ait apoſtolꝰ Paulus. Ergo
omnes mortui ſunt: & pro omnibꝰ mor-
tuus eſt unus: ut qui uiuunt non iam ſibi
uiuant: ſed ei qui pro ipſis mortuus ẽ &
reſurrexit. Omnes itaq; mortui ſunt in
peccatis: neminẽ prorſus excepto: ſiue o-
riginalibus ſiue etiam uoluntate additis:
uel ignorando uel ſciendo nec fatẽdo qđ
iuſtum ẽ: et pro omnibus uñis mortuis
uiuus mortuus eſt unus: id eſt nullũ ha-
bens oĩo peccatum. ut qui per remiſſionez
peccatorum uiuũt: iam non ſibi uiuant: ſ;
ei q pro oĩbus mortuus eſt, ꝓpter pc̃ta
noſtra: et reſurrexit, ꝓpter iuſtificatõem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

noſtram. ut credentes ín eũ quí íuſtificat impíum: ex ímpietate íuſtificati tanquaz ex morte uíuificati: ad primã reſurrectionem quę nũc eſt pertínere poſſimus. Ad hanc enim primam non pertínent ñ quí beati erũt ín ętternum. ad ſecundam uero de qua mox locuturus eſt: & beatos docebit pertínere et míſeros. Iſta eſt míſericordię: illa íudicii: propter qđ ín pſalmo ſcriptuz eſt. Miſericordiam et íudicíum cantabo tibi domíne. De quo íudicio cõſequenter adíunxit atq; ait. Et poteſtatẽ dedit ei íudicíum facerẽ qa filius hominis eſt. Hic oſtendit q; ín ea carne ueníet íudicaturus: ín qua uenerat íudicandus. Ad hoc enim ait quonia; filius hominis eſt. Ac deínde ſubíungens unde agimus. Nolite ínquit mirari hoc quod dixi: quia ueníet hora ín qua oẽs quí ín monumẽtis ſunt audient uocem filii dei: & ꝓcedent quí bona fecerunt ín reſurrectiõem uítę: quí uero mala egerũt ín reſurrectionem íudicii. Hoc eſt illud íudicium quod pauloante ſicut nunc pro damnatione poſuerat dicens. Qui uerbum meum audit & credit ei qui miſit me: habet uitã ętternã: et ín íudicium non ueníet: ſed tranſiet a morte ín uítam: id eſt pertínẽdo ad primam reſurrectionem qua nunc tranſitur a morte aĩaz ad uitã uirtutũ: ĩ damnationẽ nõ ueníet quã ſignificauit appellatõe íudicii. Sicut etiã ín hoc loco ubi ait. Qui uero mala egerunt ín reſurrectionem íudicii id eſt damnationis. Reſurgat ergo ín prima qui non uult ín ſecunda reſurrectiõe damnari. Venit ergo hora et nũc eſt: quando mortui audient uocem filii dei. et q audierínt uíuent id eſt ín dãnationem non ueníent: quę ſecunda mors dicitur. ín quam ſecundam mortem poſt ſecundam quę corporũ futura eſt reſurrectionem pręcipitabũtur: quí ín prima quę animarum eſt non rſurgunt. Veníet enim hora. ubi non ait et nunc eſt: quía ín fine ſęculi erit: hoc eſt ĩ ultimo et maximo dei íudicio: quando omnes quí ín monumentis ſunt audient uocem eíus & procedent. Nõ dixit q; admodũ ín ꝑma: et q audierínt uíuẽt. Nõ. n. oẽs uíuẽt: et uíta quę ſolicz qñ beata eſt ſola uíta dicẽda ẽ. Nam utiq; non ſine qualicũq; uíta poſſent audire: & de monumẽtis reſurgente carne procedere. Quare autem non omnes uíuent: ín eo qđ ſequítur docet. Qui bona ínquit fecerunt: ín reſurrectionem uítę: qui uero mala egerũt ín reſurrectionem íudicii. Hi ſunt qui non uíuent: quía ſecũda morte morientẽ. Mala q;ppe egerũt: quoniam male uixerũt. male autẽ uixerunt: quía ín prima quę nunc eſt animaz reſurrectione non reuixerunt. aut ín eo q; reuixerant: non uſq; ín finem mãſerũt. Sicut ergo duę ſũt regenerationes de q; bus tã ſupra locutus ſum: una quę ſcđm fidem eſt quę nunc fit per baptiſmum: altera ſcđm carnẽ quę fiet ĩ eíus ĩcorruptione atq; ímortalitate per íudicíũ magnũ atq; nouiſſimũ: ita ſunt et reſurrectiones duę. una prima quę nunc eſt & eſt aĩaz: quę uenire ín mortem ſecundam nõ permíctit: alia ſecunda quę nunc non eſt: ſed ín fine ſęculi futura eſt: nec animarũ ſed corporum eſt. quę per ultimum íudicíum alios mictit ín ſecundam mortem: alios ín eam uítam quę non habet mortem.

DE his duabus reſurrectionibus idem Iohannes ęuãgeliſta ín eo libro quí dicitur apocalipſis eo modo locutus eſt. ut prima earũ a quibuſdam noſtris nõ ímtellecta: etiam ín quaſdam ridiculas fabulas uertereẽ. Ait quippe ín libro memorato Iohannes apoſtolus. Et uídi angelum deſcendẽtem de cęlo: habentem clauẽ abiſſi: et catenam ín manu ſua: & tenuit draconem illum ſerpentem antiquũ quí cognomínatus eſt diabolus et ſathanas: & alligauit illum mille annis: & miſit illum ín abiſſum: &

Caplm .vii.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

clausit et signauit super eum: ut iam non seduceret gentes donec finiant̃ mille ãni. Post hęc oportet eũ solui breui tempore. Et uidi sedes: et sedentes super eas: et iuditium datum est illis: et animas occisoꝝ propter testimonium Ihesu: & propter uerbũ dei. Et si qui non adorauerũt bestiam nec imaginem eius: neq; acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua: & regnauerunt cum Ihesu mille annis. Reliqui eorum non uixerũt: donec mille anni finiantur Hęc resurrectõ prima est. Beatus et sanctus est qui habet in hac p̃ma resurrectione partem. In istis secũda mors non habet potestatem: sed erũt sacerdotes dei & christi: & regnabunt cũ eo annis mille. Qui ꝓpter hęc uerba huiꝰ libri primam resurrectionem: futuram suspicati sũt corpalẽ: inter cętera maxime numero annorum mille permoti sunt: tanquam oporteret in sanctis eo modo uelut tanti temporis fieri sabbatismum: uacatõnem scilicet sanctam post labores annorum sex milium ex quo creatus est homo: & magni illius peccati merito in huius mortalitatis erumnas de paradisi fęlicitate dimissus est. ut quoniam scp̃tuꝫ est: unus dies apud dominum sicut anni mille: & mille anni sicut dies unus: sex annorum milibus tanquam diebus sex impletis sequat̃ uelut sabbati septimꝰ in annis mille postremis: ad hoc scilicꝫ sabbatum cęlebrandũ resurgẽtibus sanctis. Quę opinio esset utcũq; tollerabilis si delitię aliquę spirituales in illo sabbato affuturę sanctis ꝑ domini pręsentiam crederent̃. Nã nos hoc etiam fuimus opĩati aliquando. Sed cum eos qui tunc resurrexerint dicãt ĩmoderatissimis carnalibꝰ epulis uacaturos: ĩ quibus cibus sit tãtꝰ ac potus: ut nõ solum nullam modestiaꝫ teneant: sed modum quoq; ipsius ĩcredulitatis excedant: nullo modo possunt nisi a carnalibus ista credi. Hi aũt q̃ spũales sunt: istos ista credẽtes chiliastas uocãt greco uocabulo. Quod uerbum e uerbo exprimentes: nos possumꝰ miliarios nũcupare. Eos autem longum est refellere ad singula. sed potius quemadmodũ hęc scriptura accipienda sit iã debemus ostẽdere. Ait ipse dominus noster Ihs xp̃s. Nemo potest introire in domum fortis et uasa eius eripe̅r: nisi prius alligauerit fortem: diabolum uolens intelligi fortẽ: quia ipse genus humanum potuit tenere captiuuꝫ. uasa uero eius quę fuerat erepturus: fideles suos futuros quos ille in diuersis peccatis atq; impietatibus possidebat. Vt ergo alligaretur hic fortis: propterea uidit iste apostolus in apocalipsi angelum de cęlo descendentem: habentem clauem abissi: & catenã in manu sua. Et tenuit inquit draconem illum serpentem antiquũ q̃ cognomĩatur diabolꝰ et sathanas: et alligauit illum mille ãnis: hoc est potestatem eius ab eis seducẽdis ac possidendis qui fuerant liberandi cohibuit atq; frenauit. Mille autem anni duobus modis possunt quãtum mihi occurrit intelligi. Aut quia in ultimis mille annis res ista agitur id est sexto annorũ miliario: tanquam sexto die cuius nunc spatia posteriora uoluũtur: secuturo deinde sabbato quod non habet uesperam: requiem scilicet sanctorum quę nõ habet finem. ut huius miliarii tanquaꝫ diei nouissimam partem: quę remanebit usq; ad terminũ sęculi: mille annos appellauerit: eo loquendi modo quo pars significatur a toto. Aut certe mille annos pro annis omnibus huius sęculi posuit. ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millẽarius q̃ppe numerus denarii numeri quadratũ soliduꝫ reddit. Decem quippe decies ducta: fiunt centũ: quę iaꝫ figura quadrata sed plana est. Vt autem in altitudine surgat & solida fiat: rursꝰ centum decies multiplicãtur: et mille sũt.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Porro si centum ipa aliquo modo ꝓ uniuersitate ponantur: quale illud est quod dominus omnia sua dimictenti & eum sequenti promisit dicens: accipiet in hoc seculo centuplum, quod exponens quodammodo apostolus ait. quasi nihil habētes & omnia possidentes. quia et ante iam dictum est. fidelis homīs totus mūdus diuitiarum est: quanto magis mille pro uniuersitate ponūtur: ubi est soliditas ipius denarię quadraturę? Vnde nec illud melius intelligitur: quod in psalmo legitur. Memor fuit in seculum testamēti sui: uerbi quod mandauit in mille generationes: id est ī omnes. Et illum inquit in abissum misit: utiq; diabolum in abissū misit. quo nomine sig̃ficata est multitudo innumerabilis impiorū: q̃ꝫ in malignitate aduersus ęcclesiā dei multa ꝓfunda sunt corda. Non quia diabolus ibi ante non erat: sed ideo dicitur missus illuc: qa exclusus a credētibus plus cępit impios possidere. Plus nāq; a diabolo possidet̃: qui non solum alienatus a deo: uerū etiaꝫ gratis odit seruientes deo. Ca. viii.

ET clausit inquit & signauit super eum: ut iam non seduceret gentes donec finiantur mille anni. Clausit super eum dictū est: interdixit ei ne possit exire id est uetitū transgredi. Signauit aūt quod addidit significasse mihi uidetur: ꝙ occultum esse uoluit qui pertineant ad partem diaboli: & qui non pertineant. Hoc in sęculo isto prorsus latet. quia & qui uidetur stare: utrum sit casurus: & qui uidetur iacere: utrum sit surrecturꝰ ignotum est. Ab eis autem gētibus seducendis: huius interdicti uinculo & claustro diabolus prohibetur atq; cohibet̃: quas pertinentes ad christum seducebat antea uel tenebat. Has enim deus elegit ante constitutionem mūdi eruere de potestate tenebrarū: & trāsferre ī regnum filii claritatis suę. sicut dicit apostolus. Nam seducere illum gentes etiam nunc & secum trahere in ęternam pęnam: sed non prędestinatas ī ęternam uitam quis fidelis ignorat? Nec moueat: ꝙ sępe diabolus illos etiam seducit: qui iam regenerati in christo uias ingrediuntur dei. Nouit enim dominus q̃ sunt eius. ex his in damnationem ęternam neminem ille seducit. Sic enim nouit dominus eos ut deus: quem nihil latet etiam futurorum. non ut homo q̃ hoīem ad pręsens uidet: si tñ uidet cuius cor nō uidet: qualis aūt postea sit futurꝰ: nec seipsum uidet. Ad hoc ergo ligatus est diabolus et inclusus in abisso: ut iam non seducat gentes ex quibus cōstat ęcclesia: quas antea seductas tenebat anteq̃m eēnt ęcclesia. Neq; n. dictum est ut non seduceret aliquem: sed ut non seduceret inquit iam gētes: in q̃bus ęcclesiā proculdubio intelligi uoluit. donec inquit finiantur mille anni: id est aut quod remanet de sexto die qui constat ex mille annis: aut anni omnes q̃bꝰ deinceps hoc sęculum peragendum est. Nec sic accipiendum est quod ait ut non seduceret gentes donec finiantur mille anni: quasi postea sit seducturus eas dūtaxat gentes ex quibus prędestinata cōstat ęcclesia: a quibus seducendis illo est uinculo claustroq; prohibitus. Sed aut illa locutōne dictum est quę in scripturis aliquotiens inuenitur: qualis est ī psalmo Sicut oculi nostri ad dominum deū nostrum donec misereatur nostri. Neq; eniꝫ cum misertus fuerit non erunt oculi seruorum eius ad dominum deū suum. aut certe iste est ordo uerborum. Et clausit et firmauit super eum donec finiātur mille anni. Quod uero interposuit ut non seduceret iā gentes ita se habet: ut ab huiꝰ ordinis connexione sit liberum & seorsum intelligendū uelut si post adderet̃: ut sic se haberet tota sententia. Et clausit & signauit super eū donec finiantur āni

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mille: et iam non seduceret gentes. id est ideo clausit donec finiantur anni mille ut iam non seduceret gentes. Post hoc inqt oportet eum solui breui tempore. Si hoc est diabolo ligari et includi ecclesiam non posse seducere: hec ergo erit solutio eius ut possit? Absit. Nunqm enim ab illo ecclesia seducet̃ predestinata et electa ante mundi constitutiõem: de qua dictum est nouit dominus qui sunt eius. Et tamẽ hic erit illo tempore etiam quo soluẽdus est diabol9: sicut ex quo est instituta hic fuit et erat omni tempore: in suis utiq; q succedunt nascendo moriẽtibus. Nam paulopost dicit: ꝙ solutus diabolus seducet has gẽtes toto orbe terrarum: ac trahat in bellum aduersus eam: quorum hostiũ erit numerus ut arena maris. Et ascẽderunt inquit super terre latitudinem: & cinxerunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem. Et descẽdit ignis de celo a deo & comedit eos. & diabolus q seducebat eos missus est in stagnũ ignis et sulfuris: ubi est & bestia & pseudo prophete: & cruciabunt̃ die ac nocte in secula seclorũ amen. Sed hoc iam ad nouissimum iudicium pertinet: quod nunc propterea cõmemorandum putaui: ne quis existimet eo ipso tempore paruo quo soluetur diabolus in hac terra ecclesiam nõ futuram: illo hic eam uel nõ inueniente cum fuerit solutus: uel absumente cum fuerit persecutus. Nõ itaq; per totum hoc tempus qd̃ liber iste cõplectitur a primo scilicet aduentu christi usq; in finem seculi: quo erit eius secũdus aduentus: ita diabolus alligatur ut hec eius ipsa sit alligatio: per hoc interuallum quod mille ãnorum numero appellat: non seducere ecclesiam: qñ quidem illam nec solutus utiq; seducturus est. Nam profecto si eius alligatio est non posse seducere siue non permicti: quid erit solui nisi posse seducer̃ siue permicti? Quod absit ut fiat. Sed alligatio diaboli est non permicti exercere totam temptationem quam potest: ul' ui ul' dolo ad seducendos homines in partem suaꝫ cogendo uiolenter fraudulenter ue fallendo. Quod si permicteretur: in tã lõgo tẽpore et tanta infirmitate multorũ: plurimos tales quales deus id perpeti non uult: & fideles deiceret & nẽ crederent impediret. Quod ne faceret alligatus ẽ. Tunc autem soluetur quando & breue tempus erit. Nam tribus ãnis et sex mẽsibus legitur totis suis suorumq; uiribus seuiturus. et tales erunt cũ quibus ei belligerandum ẽ: ut uinci tanto eius impetu insidiisq; non possint. Si autem nunquam solueretur minus appareret maligna ei9 potẽtia: minus sancte ciuitatis fidelissima patientia probaretur. Minus deniq; perspiceret̃ q̃ magno eius malo tã bene usus fuerit omnipotens deus: qui eum nec oĩo abstulit a temptatione sanctorum: q̃uis ab eorum interioribus hominibus ubi in deum creditur foras missum: ut forinsec9 eius oppugnatione proficerent: & in eis qui sunt ex parte ipsius alligauit: ne q̃ntam posset effundendo et exercendo malitiam: innumerabiles infirmos ex quib9 multiplicari ecclesiam et impleri oportebat: alios credituros alios iam credẽtes a fide pietatis hos deterreret: hos frangeret: & solueretur in fine. ut q̃m fortem aduersarium dei ciuitas superauerit: cuꝫ ingenti gl'a sui redemptoris: adiutoris: liberatoris: aspiciat. In eorum sane q tunc futuri sunt atq; fidelium comparatiõe qd sumus nos: quãdo quidem ad illos probandos tantus soluetur inimicus: cũ quo nos ligato tantis periculis dimicamus? Quamuis & hoc temporis interuallo q̃sdam christi milites tam prudẽtes et fortes fuisse atq; esse non dubium est: ut etiã si tunc in ista mortalitate uiuerent q̃ndo ille soluetur: omẽs eius insidias atq; impetus & cauerent prudentissime & pati-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

entiſſime ſuſtinerent. Hęc autem alliga-
tio diaboli nō ſolū facta eſt ex quo cępit
ęcclesia prętęr iudeam terram in natio-
nes alias aliasq; dilatari: ſed nunc etiam
fit et fiet uſq; ad terminum ſęculi quo eſt
ſoluendus. quia et homines nunc ab infi-
delitate in qua ipſe eos poſſidebat con-
uertūtur ad fidem: & uſq; in illum finem
conuertētur ſine dubio. Et utiq; unicuiq;
fidelium iſte fortis tunc alligatur: q̄ndo
ab illo tanquā uas eius eripitur: et abiſ-
ſus ubi incluſus eſt non in eis conſumpta
eſt quando ſunt mortui: qui tunc erant
quādo cępit eſſe incluſus: ſed ſucceſſerūt
eis alii naſcendo atq; ſuccedunt donec fi-
niatur hoc ſęculum qui oderint chriſtia-
nos: in quorum quotidie uelut in abiſſo
cęcis et profundis cordibus includatur.
Vtrum autem etiam illis ultimis tribus
annis & ſex menſibus: quando ſolutus
totis uiribus ſeuiturus eſt: aliquis ī qua
non fuerat ſit acceſſurus ad fidē: nōnulla
quęſtio eſt. Quomodo enim ſtabit quod
dictum eſt: quis intrat in domum fortis
ut uaſa eius eripiat: n̄ prius alligauerit
fortem: ſi etiam ſoluto eripiūtur? Ac per
hoc cogere uidetur iſta ſententia: ut cre-
damus illo licet exiguo tempore neminē
acceſſurum eſſe populo chriſtiano: ſed cū
eis qui iam chriſtiani reperti fuerint di-
abolum pugnaturum: ex quibus etiam
ſi uicti aliqui ſecuti eum fuerint: non eos
ad prędeſtinatum filiorum dei numerum
pertinere. Neq; enim fruſtra idem Ioh̄es
apoſtolus qui et hanc apocalipſim ſcp̄ſit:
in ępiſtola ſua de quibuſdā dixit. Ex no-
bis exierunt ſed nō erant ex nobis. Nam
ſi fuiſſent ex nobis: manſiſſent utiq; no-
biſcum. Sed qd fiet de paruulis? Nimiū
quippe incredibile eſt nullos iam natos
& nōdum baptizatos prędoccupari xp̄i-
anorū filios illo tempore infantes: nllos
etiam ipſis naſci iam diebus: aut ſi erunt
non eos a parentibus ſuis uſq; ad gene-
rationis lauacrum quocūq; modo pduci.
Quod ſi fiet: quo pacto ſoluto tā diabolo
uaſa iſta eripiētur: in cuius domum nemo
intrat ut eius uaſa eripiat: niſi prius alli-
gauerit eum? Imo uero id potius eē cre-
dendum: nec qui cadant de ęcclesia nec q
accedant ad ęcclesiam illo tempore defu-
turos. ſed profecto tam fortes erunt &
parentes pro baptizandis ſuis paruulis:
et hi qui tunc primitus crediturī ſunt: ut
illum fortem uincāt etiam non ligatum;
id eſt omnibus qualibet antea nunquaz
uel artibus inſidiantē: uel urgentem ui-
ribus: & uigilanter intelligant & tole-
ranter ferant: ac ſi etiā illi non ligato eri-
piantur. Nec ideo falſa erit ęuangelica
illa ſententia. Quis intrat in domū fortis
ut uaſa eius eripiat: niſi prius alligauerit
fortem. Scām enim eius ſentētię ueritatē
ordo iſte ſeruatus eſt: ut prius alligaret
fortis: ereptiſq; uaſis eius lōge lateq; ex
firmis et infirmis omnibus gentibus ita
multiplicaretur ęcclesia: ut ex ipſa reruz
diuinitus prędictarum et impletarū ro-
buſtiſſima fide: etiam ſoluto uaſa poſſet
auferre. Sicut enim fatendum ē multoz
refrigeſcere caritatem cum abundat ini-
quitas: etiam muſitatis maximiſq; perſe-
cutōnibus atq; fallaciis diaboli iā ſoluti:
eos qui in libro uitę ſcripti non ſunt eſſe
multos ceſſuros: hinc cogitandum eſt: nō
ſolum quos bonos fideles illud tempus
inueniet: ſed nonnullos etiam qui foris
adhuc erunt adiuuante dei gratia p ſcp̄-
turarum conſiderationem: in quibus &
alia et finis ipe prēnūtiatur quem uenire
iam ſentiūt: ad credendum quod non cre-
debant futuros eſſe firmiores: et ad uin-
cēdum etiā non ligatū diabolū fortiores.
Quod ſi ita erūt: ꝓpterea pręceſſiſſe cre-
denda ē eius alligatio: ut et ligati et ſoluti
expoliatō ſequerē: qm̄ de hac re eſt dic-
tum. Quis īrabit in domū fortis ut uaſa
eius eripiat: n̄ prius alligauerit fortem?

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Interea dum mille Capitlm.ix.
ānis ligatus est diabol9: sancti dei cuz
christo regnāt: etiā ipis mille ānis eisdez
sine dubio & eodem modo intelligēdis.
id est iam isto tempe prioris eius aduēt9.
Excepto quippe illo regno de quo in fine
dicturus est: uenite benedicti patris mei
possidere paratū uobis regnū. Nisi enim
alio aliq̄ modo longe quidem impari: iaz
nūc regnarēt cū illo sancti eius quib9 ait:
ecce ego uobiscū sum usqz in cōsumationē
seculi: ꝓfecto nō etiā nūc diceret̄ ecclesia
regnū eius: regnū ue celoruz. Nam utiqz
isto tempe in regno dei erudit̄ scriba ille
q ꝓfert de thezauro suo noua & uetera:
de quo supra locuti sum9. Et de ecclia col-
lecturi sunt zizania messores illi: que per-
misit cū tritico simul crescere usqz ad mes-
sem. Quod exponens ait: messis est finis
seculi: messores autē sunt angeli. Sicut g̊
colligūt̄ zizania et igni comburūt̄: sic erit
in cōsumatioē seculi. Mittet fili9 hominis
angelos suos: et colligent de regno ei9 oīa
scādala. Nūquid de regno illo ubi nulla
sunt scandala? De isto ergo regno ei9 qd̄
est ecclesia hic colligētur. Item dicit. Qui
soluerit unū de mādatis istis minimis &
docuerit sic hoīes: mīm9 uocabit̄ in regno
celorum. Qui autē fecerit & sic docuerit:
mag9 uocabitur in regno celoꝝ. Vtrūqz
dicit ī regno celoꝝ. & q nō facit mādata
que docet: hoc ē. n. soluere: nō seruare: nō
facer̄: et illū qui facit & sic docet: sed istū
mīmum: illū magnū. et continuo secutus
adiūgt. Dico. n. uob: qa nisi abūdauerit
iustitia uestra sup scribarū & phariseoꝝ:
id est sup iustitiā eoꝝ q soluūt qd̄ docent.
De scribis. n. & phariseis alio loco dicit:
quoniā dicūt & nō faciunt. Nisi ergo sup
eos abundauerit iusticia uestra: id est ut
uos non soluatis sed potius qd̄ docebitis
faciatis: nō intrabitis inquit in regnum
celoꝝ. Alio modo igit̄ intelligendum est
regnū celoꝝ: ubi ambo sūt: & ille scilicet
qui soluit qd̄ docet: & ille q facit. Sed ille
minimus: ille magnus. Alio modo autez
regnum celorum dicit̄: quo nō intrat nisi
ille qui facit. Ac per hoc ubi utrūqz gen9
est: ecclesia est qualis nūc est. Vbi autem
illud solū erit: ecclesia est qualis tūc erit:
quādo malus in ea non erit. Ergo ecclesia
& nūc est regnum xp̄i regnūqz celorum.
Regnant cum illo etiam nūc sancti eius:
aliter quidem quam tunc regnabunt. nec
tamen cum illo regnāt zizania: quamuis ī
ecclesia cum tritico crescant. Regnant. n.
cum illo qm̄ faciunt quod ait apostolus.
Si cōsurrexistis cū christo que sursū sunt
sapite ubi xp̄s ē ī dextera dei sedens: que
sursum sunt querite nō que sup terrā. De
qualib9 item dicit̄ q eorū cōuersatio sit in
celis. Postremo cū illo regnāt: q eo modo
sunt ī regno eius: ut ipsi etiam sint regnū
eius. Quomō autē sunt regnū xp̄i: qui ut
alia taceam: q̄uis ibi sint donec colligant̄
in fine seculi de regno eius oīa scandala;
tamen illic sua querūt non que ih̄u xp̄i?
De hoc ergo regno milicie in quo adhuc
cū hoste cōfligit̄: et aliq̄ndo repugnātib9
uiciis aliquādo cedentib9 imperat̄: donec
ueniat̄ ad illud pacatissimū regnum ubi
sine hoste r̄gnabit̄. Et de hac resurrectōe
prima que nūc est: liber iste sic loquit̄. Cū
·n. dixisset alligari diabolum mille ānis
& postea breui tēpe solui: mox recapi-
tulando qd ī illis mille ānis agat ecclesia
uel agatur in ea: & uidi inquit sedes &
sedentes sup eas: et iudiciū datū est. Non
est hoc putandū de ultimo iudicio dici: sz
sedes p̄positoꝝ & ipsi prepositi ītelligēdi
sunt: p quos nūc ecclesia gubernat̄. Iudi-
cium autē dictū nullū accipiendū melius
uidet̄: q̄ id qd̄ dictum est: que ligaueritis
in terra ligata erūt et in celo. et que solue-
ritis in terra soluta erūt & in celo. Vnde
ap̄ls. Quid enī mihi ē inqt de his q foris
sunt iudicare? Nonne de his q sunt intus
uos iudicatis? Et aīme inquit occisorum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ꝑpter teſtimoniū ihesu: et ꝑpter uerbuz dei: ſubauditur quod poſtea dicturus eſt & regnauerūt cum ihesu mille annis: aīę ſcilicz martirum nōdum ſibi corporibus ſuis redditis. Neqꝫ n. pioꝝ aīę mortuoꝝ ſeparanť ab ęcclesia: quę nūc ē etā regnū christi. Alioquin nec ad altare dei eorum memoria fieret ín communione corporis xp̄i: nec aliquid prodeſſent ad eius bapti ſmū ín pręlīs currere: ne ſine illo fīniať hęc uita: nec ad recōciliationē ſi forte per pęnitentiā malā ue cōſcīam qſqꝫ ab eodez corpe ſepatus eſt. Cur. n. fiūt iſta ñ quia fideles etiā defūcti membra eiꝰ ſūt? Quāuis ergo cum ſuis corporibꝰ nōdum: tam tamen eoꝝ animę regnant cum illo: dum iſti mille āni decurrūt. Vnde ī hoc eodez libro & alibi legitur. Beati mortui qui ī domino moríunť. Amodo etiā iam dicit ſpiritus ut requieſcant a laboribꝰ ſuis. nā opera eoꝝ ſecunť illos. Regnat itaqꝫ cum xp̄o nūc p̄mū ęcclesia ī uiuis et mortuis. Propterea enī ſicut dicit a poſtolus mortuus eſt christus: ut uiuoꝝ & mortuorū dñet. Sed ideo tātīmodo martirum aīas cōmēorauit: qa ipi mortui p̄cipue regnāt: qui uſqꝫ ad mortē ꝑ ueritate certauerūt. Sed a parte totū etiam mortuos cęteros íntelligímus prínętes ad ęcclesiam qđ eſt regnū xp̄i. Quod uero ſequiť: et ſi q non adorauerínt beſtiā nec ímagínē eius: nec acceperínt ſcriptionē ī frōte aut ī manu ſua: ſimiliter de uiuis et mortuis debemꝰ accipere. Quę porro ſit iſta beſtia q̄nuis ſit diligentius requirendum: non tamen abhorret a fide recta: ut ipa ipia cíuitas íntelligať: & populus ſidelium cōtrariꝰ fideli populo & ciuitati dei. Imago uero eius ſimulatio eiꝰ mihi uideť: ín eis ſcilicz hominibus qui uelut fidem ꝑfitentur & ínfideliter uiuūt. Fíngunt. n. ſe eſſe qđ nō ſunt: Vocanťqꝫ nō ueraci effigie ſz fallaci ímagíne xp̄ami. Ad eādem nāqꝫ beſtiam ptínęt nō ſolum aperti ínimici nomīs xp̄i: & eiꝰ gloriosiſſimę cíuitatis: ſz etiā zizania quę de regno eiꝰ qđ eſt ęcclesia ī fíne ſęculi colligēda ſūt. Et q ſūt q beſtiaz nō adorāt nec ímagínē eius: míſi qui faciunt qđ ait apoſtolꝰ: ne ſitis íugū ducētes cū ínfidelibus? Non adorant. n. eſt nō conſentiunt: nō ſubiciunť: neqꝫ accipiūt ínſcriptionē: notam ſcilicet criminis ín fronte: propter ꝑfeſſionem: ī manu propter opationes. Ab hīs g̈ malis alieni ſiue adhuc ín iſta mortalitate uiuētes: ſiue defuncti: rḡnāt cū xp̄o: iā nunc quodāmodo huíc tępori cōgruo: per totū hoc ínteruallum quod numero mille ſign̄ificať ānoꝝ. Reliqui eoꝝ ínquit non uixerūt. Hora. n. nunc eſt: cuz mortui audíunt uocē filii dei: & qui audierīt uiuēt. Reliqui eoꝝ nō uiuēt. Quod uero ſubdidit donec fíniaňť mille anni: íntelligendū ē ꝙ eo tempore nō uixerunt quo uiuere debuerūt: ad uitam ſcilicet de morte tranſeundo. Et ideo cū dies uenerit quo fiet et corporum reſurrectio: non ad uitam de monumētis ꝓcedent: ſed ad íudicíū: ad damnationē ſcilicz quę ſecūda mors dicit. Donec. n. fíniaňť mille anni: quicūqꝫ nō uixerit id eſt iſto toto tępore q̄ agitur prima reſurrectio: non audierit uocē filii dei: & ad uitā de morte trāſierit: ꝑfecto ín ſcđa reſurrectiōe quę caris eſt: ī mortē ſecūdā cū ipſa carne trāſibit. Seqť. n. et dicit. Hec reſurrectio prima ē: Beatꝰ et ſanctꝰ q habet ín hac p̄ma rſurrectiōe ptē: id ē particeps eiꝰ ē. Ipſe ē aūt ꝓceps eiꝰ: q nō ſolū a morte quę ī pctis ē ſuiuiſcit: uerū etiā ín eo ꝙ reuixerit permanet. In his íngt ſecūda mors nō habet ꝓtātē. Habet g̈ ín reliquis de quibꝰ ſuperíus ait: reliqui eoꝝ non uixerunt donec fíniaňť mille anni: qm̄ iſto toto tęporis íntervallo qđ mille annos uocat: q̄ūcūqꝫ ín eo quiſqꝫ eoꝝ uixit ín corpe: nō ſuiuit a morte ín q̄ euz tenebat impietas: ut ſic reuiuiſcendo primę rſurrectioīs ꝓceps fieret: atqꝫ ín eo ꝓtātē ꝑa mors nō hīet.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

SVnc qui putant Capl'm.x.
resurrectionem dici non posse nisi
corporum: ideo istā quoq; ī corporibus
primam futurā esse contendūt. Quoꝝ.n.
est cadere īqūt: eoꝝ est resurgere. Cadūt
autē corpora moriendo: nam a cadendo
cadauera nūcupant̄. Non ergo animarū
inquiūt resurrectio potest esse: ſ3 corpuꝫ.
Sed quid cōtra apostolum dicunt q eam
resurr̄ctionē appellat? Nā scd̄m īteriorē
nō ſm exteriorē hoīeꝫ utiq; r̄surrexerāt:
quib9 ait. Si surrexistis cū x̄ quę sursum
sunt sapite. Quē sensum aliis uerbis alibi
posuit dicens: ut q̄admodū xp̄s a mor-
tuis resurrexit per gloriam patris: sic et
nos ī nouitate uitę ambulemus. Hinc ē et
illud. Surge q dormis: et exurge a mor-
tuis & illuīabit te xp̄s. Quod aūt dicūt
non possunt resurgere nisi qui cadunt: et
ideo putāt resurrectionē ad corpora nō
ad animas pertinere: quia corporum est
cadere: cur non audiūt non recedatis ab
illo ne cadatis: & suo domino stat aut
cadit: & qui putat se stare uideat ne ca-
dat. Puto.n.q̄ in anima non in corpore
casus iste cauendus est. Si igit̄ cadentiū ē
resurrectio: cadunt & animę: ꝓfecto &
animas resurgere cōfitendum est. Quod
autem cū dixisset in istis secūda mors nō
habet potestatē: adiūxit atq; ait: ſ3 erūt
sacerdotes dei & xp̄i: et regnabunt cum
eo mille ānis: Nō utiq; de solis ępiscopis
& pręsbiteris dictum est: qui proprie iaꝫ
uocant̄ in ęcclesia sacerdotes: ſ3 sicut oēs
xp̄ianos dicimus ꝓpter misticum crisma:
sic omēs sacerdotes qm̄ mēbra sunt uni9
illius sacerdotis. De q̄bus apl's Petrus.
Plebs inquit scā regale sacerdotiū. Sane
licet breuiter atq; transeūter insinuauit
deū esse xp̄m: dicēdo sacerdotes dei et x̄:
hoc est p̄ris et filii: q̄uis ꝓpter formā ſui
sicut filius hoīs: ita etiā sacerdos x̄ effect9
sit ineternū ſm ordinem Melchisedech.
De qua re in hoc opere nō semel diximꝰ.

ET cum finiti fuerint Capl.xi.
inquit mille āni: soluet̄ sathanas
de custodia sua: & exibit ad seducendas
naciones quę sūt ī quatuor angul' terrę:
Gog & Magog: & trahet eas in bellum:
quoꝝ num·r9 est ut arena maris. Ad hoc
ergo tūc seducet: ut ī hoc bellum trahat.
Nā et ātea modis quib9 poterat: ꝑ multa
mala & uaria seducebat. Exibit autem
dictū est ī apertam ꝑsecutōeꝫ: de latebris
erumpet odiorum. Hec.n. erit nouissima
persecutio: nouissimo imminente iudicio:
quaꝫ scā ęcclesia toto terraꝝ orbe patiet̄:
uniuersa scilicet ciuitas xp̄i ab uniuersa
diaboli ciuitate: q̄tacūq; erit utraq; super
terrā. Gentes quippe iste quas appellat
Gog & Magog: non sic sunt accipiendę
tamq̄ sint aliqui mali in aliq̄ ꝑte terraruꝫ
barbari cōstituti: siue qd̄ quidā suspicant̄
Getas & Massagetas ꝓpter horū noīm
lr̄as p̄mas: siue alios aliq̄s alienigenas et
a romano iure seiūctos. Toto nāq; orbe
terraꝝ significati sūt isti esse: cū est dictū
nationes quę sunt in q̄tuor angulis terrę:
easq; esse subiecit Gog & Magog. Quoꝝ
interpretationē noīm esse cōpimus Gog
tectuꝫ: Magog detectū. tamq̄ domus et
ipse q ꝓcedit de domo. Gentes ergo sunt
in quib9 diabolū uelut in abisso superius
intelligebamus inclusum: & ipse de illis
q̄dāmodo sese offerens & ꝓcedēs: ut ille
sint tectum ille detectū. Si autem utrūq;
referamus ad gentes: non unum horum
ad illas: alterū ad diaboluꝫ: & tectū ipse
sunt gentes: quia in eis nunc includitur
& quodāmō tegit̄ inimicus antiquus. &
de tectū ipse erūt: quādo in apertū odiū
de opto erupture sunt. Quod uero ait &
descenderunt super terrę latitudinem: &
cinxerunt castra sanctoꝝ et dilectā ciui-
tatem: non utiq; ad unū locum uenisse uel
uenturi esse sig̃ficati sūt: q̄si aliq̄ uno loco
futura sint castra sanctorum: & dilecta
ciuitas cum hec nō sit nisi xp̄i ęcclesia toto

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

orbe terrarũ diffusa: ac per hoc ubicũq; tunc erit qnę in omnib9 gentibus erit: qđ significatũ noĩe latitudinis terrę: ibi erũt castra sãctoꝝ: ibi dilecta deo ciuitas ei9: ibi ab omnib9 inimicis suis quia & ipi cũ illa in oĩb9 gentibus erũt: psecutionis illi9 immanitate cingetur: hoc est in angustia tribulatioĩs artabit̃: urgebit̃: cõcludet̃: nec miliciam suã deseret: quę uocabulo ẽ appellata castroꝝ. Capitl'm·xii.

QVod uero ait et descẽdet ignis de cęlo et comedet eos: nõ extremum putandũ est id esse supplitiũ: qđ erit cum dicetur discedite a me maledicti ĩ ignem ęternũ. Tunc qppe in ignẽ mictent̃ ipsi: nõ ignis de cęlo ueniet sup ipsos. Hic aũt bñ itelligit̃ ignis de cęlo: de ipa firmitate sanctoꝝ: q̃ nõ cessuri sunt seuiẽtib9 ut eoꝝ faciãt uoluntatẽ. Firmamẽtũ. n. est cęluꝫ: cuius firmitate illi crutiabunt̃ ardẽtissĩo zelo: qm̃ nõ potuerũt actrahere in partes antix̃. sanctos xp̃i. Et ipse erit ignis qui comedet eos. Et hoc a deo: qa dei munere fiũt sancti ĩsupabiles unde excrutiantur inimici. Sicut. n. zelus ĩ bono positũ ẽ ubi legit̃: zelus dom9 tue comedit me: ita ecõtrario in malo ubi dicit̃: zelus occupauit plebem ineruditam. Et nũc ignis cõtrarios comedet: & nunc utiq; excepto scilicet ultimi illi9 igne iudicii. Aut si ipaꝫ plagaꝫ qua pcutiendi sunt ecclesię psecutores ueniente iam xp̃o: quos uiuentes in ueniet sup terraꝫ quãdo interficiet antixp̃m spũ oris sui: ignẽ appellauit descẽdẽtẽ de cęlo eosq; comedẽteꝫ. Neq; hoc ultimũ supplitium erit impioꝝ: sꝫ illud qđ facta corpm resurrectiõe passuri sunt. Cap·xiii.

HEc persecutio nouissima quę futura est ab antixp̃o. sicut iam diximus: qa et in hoc libro supius et aput Danielẽ pphetam positũ est: tribus ãnis & sex mensib9 erit. Quod tempus q̃uis exiguũ utrum ad ãnos mille ptineat: quibus & diabolũ ligatũ dicit et sanctos cum xp̃o regnare: an eisdẽ ãnis hoc paruũ spatiuꝫ subaddat̃ atq; sit extra merito ambigit̃. Quia si dixerimus ad eosdem annos hoc ptinere: nõ tãto tempe sꝫ plixiore cũ xp̃o regnum sanctoꝝ reperiet̃ extendi: quaꝫ diabolus alligari. pfecto. n. sancti cũ suo rege etiam in ipsa pręcipue persecutione regnabunt: mala tãta uincentes: qñ iam nõ erit diabol9 alligatus: ut eos persequi omnibus uirib9 possit. Quomõ ergo ista scriptura eisdẽ mille annis utrũq; determinat: diaboli scilicꝫ alligationẽ regnũq; sanctoꝝ: cũ trium annoꝝ & sex mensiuꝫ interuallo: pri9 desinat alligatio diaboli: q̃ regnũ sanctoꝝ in his mille ãnis cuꝫ x̃: Si autẽ dixerimus puum persecutionis hui9 hoc spatiũ non cõputandum in mille annis: sꝫ eis impletis potius aditiendum: ut proprie possit intelligi: q cuꝫ dixisset sacerdotes dei & xp̃i regnabunt cum eo mille annis: adiecerit et cum finiti fuerĩt mille anni soluetur sathanas de custodia sua. isto. n. modo & sanctoꝝ regnum & uinculũ diaboli sil' cessatura esse sig̃ficat: ut demũ illi9 psecutionis tẽp9 nec ad scõꝝ regnum nec ad custodiã sathane quoruꝫ utrũq; in mille ãnis est ptinere: sꝫ sup additũ & extra cõputandum esse credatur: cogemur fateri sanctos ĩ illa persecutiõe regnaturos nõ esse cum christo. Sed quis audeat dicere cum illo tũc nõ regnatura sua mẽbra: qñ ei maximę atq; fortissime coherebũt: & quo tempe q̃nto erit acrior impet9 belli: tãto maior gloria nõ cedẽti: tãto densior corona martirii. Aut sꝫ ppter tribulationes quas passuri sunt non dicendi sunt regnaturi: consequẽs erit ut etiaꝫ supioribꝫ dieb9 in eisdeꝫ mille annis quicũq; tribulabunt̃ sanctoꝝ: eo ipo tpe tribulatioĩs sue cũ xp̃o nõ r̃gnasse dicãt̃. Ac per hoc & illi quoruꝫ animas auctor hui9 libri uidisse se scribit occisoꝝ ppter testimonium Ihesu et ppter uerbum dei: non regnabãt cuꝫ xp̃o. quãdo patiebant̃

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

persecutionem: & ipsi regnum christi nō erāt quos xp̄us excellentius possidebat; Absurdissimū id quidem & omnimodo auersandum, Sed certe animę uictrices gloriosissimoꝝ martyrū oībus doloribus ac laboribꝰ supatis atq; finitis: postea q̄m mortalia membra posuerūt: cū xp̄o unq; regnauerūt & regnant donec finiantur mille āni: ut postea etiaꝫ corpibꝰ receptis iam immortalibus regnēt. Proinde illis tribꝰ annis atq; dimidio: animę occisorū pro eiꝰ martyrio & quę tūc antea de corporibus exierunt: & quę ipsa nouissima persecutione sunt exiturę: regnabunt cuꝫ eo donec finiatur mortale seculuꝫ: & ad illud seculum ubi mors nō erit trāseat. Quocirca cū christo regnātium sanctoꝝ plures anni erunt: q̄ uinculi diaboli atq; custodię. Quia illi cum rege suo filio dei: iam diabolo non ligato etiam p tres illos annos ac semissem regnabunt. Remanet igit̄ cum audimꝰ sacerdotes dei & christi regnabūt cum eo mille annis: & cū finiti fuerint mille anni soluetur sathanas de custodia sua: aut nō regni huiꝰ sanctorū intelligamus ānos mille finiri: sꝫ uinculi diaboli atq; custodię: aut annos mille id est omnes ānos suis quosq; horis diuersis ac ꝑpriis ꝑplexitatibꝰ finiēdos: amplioꝝs sanctoꝝ r̄gno breuiores diaboli uinculo: aut certe quoꝝ triū annoꝝ & sex mēsiuꝫ breuissimū spaciū est computari uoluisse credat̄: siue q̄ minꝰ sathane uinculuꝫ: siue q̄ amplius uideat̄ habere regnū sanctoꝝ: sicut de q̄dringentis annis in sextodecio huiꝰ operis uolumine disputaui: quoniā aliqui plus erant & tamen q̄dringēti sūt nūcupati: & talia sępe reperiunt̄ i sacris literis si quis aduertat. Caplm. xiiii.

POst hanc aut̄ ꝑsecutionis nouissię cōmēorationeꝫ: breuiter cōplect̄ totum: qđ ultimo iā iudino diabolꝰ & cū suo iam principe ciuitas iimica passura ē. Dicit enim. Et diabolꝰ qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulfuris: q̄ & bestia et pseudo ꝓpheta excruciabunt̄ die ac nocte in sęcula sęculoꝝ. Bestiaꝫ bñ itelligi ipaꝫ impiā ciuitatē supra diximꝰ. Pseudo uero ꝓpheta eius: aut antixp̄s ē: aut imago illa. i. figmentum illud de quo ibi locuti sumꝰ. Post hoc ipsum nouissimū iudicium: qđ erit in secūda resurrectione mortuoꝝ: quę corpoꝝ est recapitulando narrat: q̄mō sibi fuerit reuelatuꝫ. Et uidi inquit thronum magnū & candidum: et sedentem sup eum: & ab eius facie fugit cęlum & terra: et locus eoꝝ nō est iuētus. Non aut uidi thronū magnuꝫ & cādiduꝫ & sedentem sup eum: et ab eiꝰ facie fugit cęlum & terra: quoniam nō tunc factum est id ē anteq̄m esset de uiuis & mortuis iudicatū: sꝫ eum se uidisse dixit i throno sedentem: a cuiꝰ facie fugit cęluꝫ & terra: sed postea. Peracto quippe iudicio tunc desinet esse hoc cęlum & hęc terra: q̄ndo incipiet cęlum nouum esse & terra noua. Mutatione itaq; rerum nō oīo in iteritu transibit hic mundus. Vnde & apostolꝰ dicit. Pręterit enī figura huiꝰ mūdi. uolo uos sine solicitudine esse. Figura ꝙ pręterit: non natura. Cum ꝙ Iohānes se uidisse dixisset sedētē sup thronū: a cuiꝰ facie qđ postea futuroꝝ ē fugit cęlū et terra: et uidi inqt mortuos magnos & pusillos. Et apti sunt libri: & alius liber apertꝰ est qui est uitę uniuscuiusq;: et iudicati sunt mortui ex ipis scripturis libroꝝ: scđm sua facta: Libros dixit esse aptos: & liburꝫ de quo cuiusmōi sit nō tacuit. Qui est inquit uitę uniuscuiusq;. Ergo illi libri q̄s loco ꝓpositi: intelligendi sunt sancti et ueteres & noui: ut in illis ostenderetur quę deus mandata sua fieri iussisset. In illo aūt qui est uitę uniuscuiusq;: quid hoꝝ q̄sq; non fecisset siue fecisset. Qui liber si carnaliter cogitet̄: qs eiꝰ magnitudinē aut lōgitudiē ualeat extimare? Aut q̄nto tempore legi poterit liber: in quo scriptę sunt uniuersę

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uitę uniuersoꝝ? An tantus angeloꝝ numerus aderit: quātus hominū erit: ut & uitam suā quisq; ab angelo sibi adhibito audiat r̄citari? Non ergo unus liber erit oīm: s; singli singloꝝ. Scriptura uero ista unū uolens intelligi: et alius inquit liber aptus est. Quędā igit̄ uis est intelligēda diuina: qua fiet ut cuiq; opa sua ul' mala cuncta in memoriam reuocent̄: et mentis ītuitu mira cęleritate cernant̄: ut accuset uel excuset scientia cōscientiā: atq; ita īsimul & omnes et singuli iudicentur. Que nimiꝝ uis diuina libri nom̄ accepit. In ea quippe quodām̄ legit̄: qdquid a faciente recolit̄. Vt aūt ostendat qui mortui sint iudicādi: id ē pusilli et magni: recapitulando dicit: tanquam ad id rediēs quod pręterierat ul' potius distulerat. Et exhibuit mortuos mare q in eo erāt: et mors & infernus reddiderūt mortuos q̄s in se habebant. Hoc ꝓculdubio prius factum est q̄ mortui essent iudicati: et tamē illud prius dictuz ē. Hoc est g̊ qđ dixi: recapitulādo eum ad id redisse qđ ītermiserat. Nunc aūt ordinē tenuit: atq; ut explicaret̄ ipse ordo cōmodius etiā de mortuis iudicatis: qđ iā dixerat suo r̄petiuit loco. Cum enim dixisset & exhibuit mortuos mare qui in eo erant: et mors et infernus reddiderunt mortuos q̄s in se habebant: mox addidit qđ pauloante posuerat: & iudicati sunt singuli secundum facta sua.

Hoc ē enī qđ supra Capl'm.xv. dixerat: et iudicati sūt mortui ꝑm facta sua. Sed qui sūt mortui quos mare exhibuit qui ī eo erant? Neq;.n.q ī mari moriunt̄ non sunt in īferno: aut corpora eoꝝ seruant̄ in mari: aut qđ est absurdiꝰ mare habebat bonos mortuos et infernꝰ malos. Quis hoc putauerit? Sed ꝓfecto conuenienter qdam hoc loco mare ꝓ isto sęculo positū accipiunt. Cum g̊ & q̄s hic inueniet xp̄us in corpe cōstitutos: simul significaret cum his qui resurrecturi sūt iudicandos etiaz ipsos mortuos appellauit: et bonos quibus dicit̄ mortui.n.estis & uita uestra abscōdita est in deo cum x̄o: & malos de qbꝰ dr̄ sine mortuos sepelire mortuos suos. Possunt mortui etiā ꝓpter hoc dici: q̄ mortalia gerunt corpa. Vnde apostolꝰ: corpus quidem ait mortuū est ꝓpter peccatū: spiritus aūt uita ē ꝓpter iustitiam: utrūq; in hoīe uiuēte atq; ī hoc corpe cōstituto esse demonstrās: et corpꝰ mortuū: et spm̄ uitam. Nec tn̄ dixit corpꝰ mortale s; mortuū: q̄uis eadez paulopost etiaz mortalia corpa sicut usitatius uocāt̄ appellet. Hos g̊ mortuos exhibuit mare qui in eo erant: id est exhibuit hoīes hoc sęculū quicūq; ī eo erāt: q nōdū obierāt. Et mors et īfernꝰ īqt reddiderūt mortuos quos in se habebāt. Mare exhibuit: qa si q inuenti sūt affuerūt. Mors ů & īfernꝰ reddiderūt: q̄niā uitę de qua iā exierant reuocarūt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret mors aut īfernꝰ: s; utrūq; dictū ē. Mors ꝓpter bonos q tātūmodo mortem perpeti potuerūt nō & infernuz. infernꝰ aūt ꝓpter malos: qui etiam apud inferos pęnas pendūt. Si.n.non absurde credi uidet̄: antiq̄s etiaz sanctos q uēturi xp̄i tenuerunt fidez: locis qdē a tormētis impiorum remotissimis: s; apud inferos fuisse: donec inde eos sanguis xp̄i & ad ea loca descensus erueret: ꝓfecto deīceps boni fideles effuso illo pręcio iā redempti ꝓrsus inferos nesciūt: donec etiā receptis corpibus bona r̄cipiāt quę merēt̄. Cū aūt dixisset et iudicati sunt singuli scđm fcta sua: breuiter subiecit q̄admodū iudicati fuerint. Et mors & infernꝰ inqt missi sūt in stagnum ignis. His nominibꝰ sig̊ficans diabolū q̄niā mortis ē auctor: & pęnaꝝ īfernaꝝ: uniuersāq; sil' dęmonū societatē. Hoc ē.n.qđ supra euidentius pręoccupādo iam dixerat: & diabolꝰ qui seducebat eos missus est ī stagnū ignis & sulfuris. Quod ibi ů obscurius adiunxerat dicēs:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

q̄ & bestia et pseudo ꝓpheta: hic aptius et qui non sunt inquit inuenti in libro uitę scripti: missi sunt in stagnū ignis; nondum liber iste cōmemorat ne obliuione fallat̄: sꝫ prędestinationem significat eorū quib9 ęterna dabit̄ uita. Neq; .n. nescit eos de9: et in hoc libro legit ut sciat: sꝫ potius ipsa eius pręscientia de illis quę falli nō potest liber ē uitę: ī q̄ sunt scripti id est pręcogn̄ti. Finito aūt iuditio q̄ p̄nūtiauit iudicādos malos: restat ut de bonis etiā dicat. Iam enī explicauit q̄breuiter a dn̄o dictū est: sic ibunt isti ī supplitiuꝫ ęternū: sequit̄ ut explicet qd̄ ibi etiā connectit̄: iusti autem in uitam ęternam. Capitl'm. xvi.

ET uidi inquit cęlū nouū & terraꝫ nouam. Nam primū cęluꝫ & tęrra prima recesserūt: & mare iā non est. Isto fiet ordine qd̄ supius pręoccupando iam dixit: uidisse se super thronū sedentem a cuius facie fugit cęlum et terra. Iudicatis q̄ppe his q̄ scripti nō sunt in libro uitę: & in ęternū ignē missis: qui ignis cuius mōi & ī qua mūdi uel reꝝ pte futur9 sit: hoīeꝫ scire arbitror neminē: n̄ forte cui diuin9 spiritus ostendit. Tunc figura hui9 mūdi mūdanoꝝ igniū cōflagratiōe pręteribit: sicut factū est mūdanaꝝ aq̄ꝝ inundatiōe diluuii. Illa itaq; ut dixi cōflagratiōe mūdana elemētoꝝ corruptibiliū: qualitates quę corporibus nostris corruptibilibus cōgruebant ardēdo penit9 interibūt: atq; ipsa substātia eas qualitates habebit: quę corpibus immortalib9 mirabili mutatiōe cōueniūt. ut mūd9 scilicꝫ ī meli9 inouat9: apte accōmodet̄ hominibus etiā carne in melius innouatis. Quod autē ait & iam mare nō erit: utrum maximo illo ardore siccet̄: an et ip̄m uertat̄ ī melius: nō facile dixerim. Cęlū q̄ppe nouū & terrā nouaꝫ futuram legim9: de mari aūt nouo aliq̄d me uspiam legisse non recolo: n̄ qd̄ in hoc eodem libro reperit̄ tanq̄ mare uitreum cristallo simile. Sed tunc non de isto fine sęculi loquębatur: nec ꝓp̄e dixisse uidet̄ mare: sꝫ tanq̄ mare. Quāuis & nunc sicut clamat ꝓphica locutio ꝓpriis uerb trāslata miscere: ac sic q̄dām̄ uelare qd̄ dicit̄: potuit de illo mari dicere: & mare iā nō est: de q̄ supra dixerat: & exhibuit mare mortuos qui erant in eo. Iam .n. tunc non erit hoc sęculū uita mortaliū: turbulentū & procellosum: qd̄ maris noīe figurauit.

ET ciuitatem inq̄t Ca. xvii.
magnam hierusalem nouam uidi descendētē de cęlo a deo aptatā. q̄si nouaꝫ nuptā ornatā marito suo. Et audiui uocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculū dei cum hōib9: & habitabit cū eis: & ipsi erunt ppl's eius: & ip̄e deus erit cū eis. Et absterget omnē lacrimā ab oculis eoꝝ: & mors iā non erit neq; luct9 neq; clamor: sꝫ nec ullus dolor: q̄a priora abierūt. Et dixit sedēs ī throno. Ecce noua facio omīa De cęlo descendere dicitur ciuitas ista: quoniā cęlestis est gratia qua deus fecit eā. Propter qd̄ dicit ei p Ysaiā. Ego sum domin9 faciēs te. Et de cęlo q̄deꝫ ab initio sui descēdit: ex quo p hui9 sęculi tēpus gratia dei desup ueniēte: p lauacꝝ r̄generatiōis misso spiritu sancto de cęlo: sub inde ciues ei9 accrescūt. Sed p iuditiū dei qd̄ erit nouissimū p eius filiū Ihesum xp̄m: tāta ei9 & tam noua de dei munere claritas appebit: ut nulla remaneāt uestigia uetustatis: quando quidē corpora ad incorruptionē atq; immortalitateꝫ nouā ex ueter̄ corruptiōe ac mortalitate trāsibunt. Nā hoc de isto tempe accipere: quo regnat cuꝫ regno suo mille ānis: ī pudētię nimię m̄ uidet̄: cū aptissīe dicat. Absterget deus omnē lacrimā ab oculis eorum: & mors iā nō erit neq; luct9 neq; clamor: sꝫ nec dolor erit ullus. Quis enim tam sit absurdus & obstinatissima contentione uesanus: q̄ audeat affirmare ī hui9 mortalitatis erūpnis: nō dico ppl'm sanctum sꝫ unūq̄q; sanctorū: qui hanc ul' ducat ul'

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ductur9 sit uel duxerit uitam: nullas habentem lacrimas & dolores: cum potius q̃nto quisq; est sanctior et sancti desiderii plenior; tãto sit ei9 i orãdo fletꝰ uberior? An non est uox ciuitatis supne hierusalẽ: que dicit facte sunt m̃ lacrime mee panes die ac nocte? Et lauabo psingulas noctes lectum meũ: lacrimis meis stratum meum rigabo: et gemitus meus nõ est abscõditꝰ a te: & dolor meus renouatus est? Aut ũ nõ eius sunt filii: q̃ ingemiscũt grauati: in quo nolunt expoliari sꝫ superuestiri: ut absorbeat̃ mortale hoc a uita? Nõne ipsi sunt q̃ primitias spiritꝰ habẽtes i semetipsis ingemiscunt: adoptionẽ expectantes redemptionem corporis sui? An ipse apl's Paulus nõ erat supernꝰ hierosolimitanꝰ? uel nõ multo magis hoc erat: quãdo pro israelitis carnalibꝰ fratribꝰ suis tristitia illi magna erat: & dolor cõtinuus cordi eius? Quando autem mors nõ erit i isto tempore: nisi quando dicet̃ ubi est mors cõtentio tua: ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autẽ mortis peccatum est. Quod tunc utiq; nõ erit quãdo dicet̃ ubi ẽ. Nũc uero nõ quilibet illius ciuitatis infimus: sꝫ idẽ ipse Iohãnes i epistola sua clamat. Si dixerimus q̃ nõ habemꝰ pcm̃ nosipos seducimus & ueritas in nobis nõ est. Et i hoc q̃dẽ libro cuiꝰ nomen est apocalipsis: obscure multa dicunt̃ ut mentem legentis exerceant. Et pauca in eo sunt ex quorum manifestatõe indagent̃ cetera cũ labore: maxime q̃a sic eadẽ multis modis ꝛpetit: ut alia atq; alia dicere uideat̃: cum aliter atq; aliter hec ipa dicere iuestiget̃. Verum in his uerbis ubi ait absterget deus oẽm lacrimam ab oculis eoꝝ: & mors iã non erit: neq; luctus neq; clamor sꝫ nec dolor ullus: tanta luce sũt dcta de futuro seculo & de imortalitate atq; eternitate sctoꝝ: Tũc.n. solũ atq; ibi solum ista nõ erũt: ut nulla debeamꝰ i sacris lr̃is quer̃ ul' leger̃ manifesta: si hec putauerimus obscura.

NVnc tã uideamus quid etiã apl's Petrꝰ de hoc iudicio scripserit. Venient in nouissimo dierꝝ illusione illudentes: sc̃m proprias cõcupiscentias suas euntes & dicẽtes. Vbi est promissum presentie eius? Ex quo.n. pres dormierũt: sic omnia perseuerant ab initio creaturã. Latet.n. illos hoc uolẽtes: q̃a celi erant olim et terra de aqua et per aquam cõstituta dei uerbo: p quem qui tunc erat mũdus aqua mũdatus deperiit. Qui aũt nunc sunt celi & terra: eodem uerbo sunt repositi igni reseruati in diem iudicii & perditionis impiorum hominũ. Hoc unum uero nõ lateat uos fratres carissimi: quia unus dies apud dominũ sicut mille ãni: & mille anni sicut unus dies. Non tardat dominus promissum suum: sicut quidam tardãtẽ existimãt: sꝫ patiẽter fert propter nos nolẽs aliq̃ perire: sꝫ oẽs i pnitẽtiã cõuerti. Veniet autem dies dñi sicut fur: in q̃ celi magno impetu transcurrent: elementa aũt ardentia resoluent̃: & terra & que in ipsa sunt opera exurent̃. His ergo oĩbus peunabꝰ: quales nos eẽ oportet in sanctis cõuersationibus expectantes: & properantes ad presentiã diei domini: per quã celi ardentes soluent̃: et elementa ignis ardore decoquent̃? Nouos ũ celos et nouã terrã: sm̃ promissa ipiꝰ expectamꝰ: in quibꝰ iustitia ĩhabitat. Nihil hic dixit de resurrectiõe mortuorum: sꝫ sane sãus de huiꝰ mundi perditione. Vbi etiam cõmemorans fctm ante diluuium: uidet̃ ãmonuisse quodãmodo: quatinꝰ in fine seculi istũ mundum periturum esse credamus. Naꝫ et illo tempore periisse dixit qui tunc erat mũdum. nec solum orbem terre uerum etiã celos: quos utiq; istos aereos intelligimus: quorum locum ac spatiũ tũc aqua crescẽdo superauerat. Ergo totꝰ ac pene totus iste aer uentosꝰ q̃d celũ ul' potius celos uocat: sꝫ utiq; imos istos non illos supremos ubi sol et luna et sidera cõstituta sũt: cõuersus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fuerat in humidam q̃litatem: atq; hoc mõ cum terra perierat: cuius utiq; terre prior facies fuerat deleta diluuio. Qui aũt nũc sunt cęli et terra: eodẽ uerbo reposita sũt: igni reseruandi ĩ diem iuditii & ꝑditiois hoĩm ĩpioꝝ. Proinde q cęli & quę terra id ẽ qui mundus ꝓ eo q diluuio periit ex eadem aq̃ repositꝰ est: ipse igni nouissimo reseruatur in diem iuditii & perditionis hominũ impiorum. Nam hominũ ꝓpter quãdam magnã cõmutationẽ: nõ dubitat dicere ꝑditionem futuram: cũ tamẽ eoruꝫ q̃uis in ęternis pęnis sit mansura natura. Quęrat forsitã aliqs: si post factũ iuditiũ mundus iste ardebit antequã ꝓ illo cęluꝫ nouũ & terra noua reponat̃: eo ipo tẽpe cõflagrationis eius ubi erũt sancti: cũ eos corpora habentes in aliquo corꝑali loco necesse sit esse? Possumus eos respondere esse futuros in supioribus partibus: quo ita nõ ascẽdet flãma illiꝰ icendii: q̃ admodum nec unda diluuii. Talia quippe illis ĩerũt corꝑa: ut illic sint ubi eẽ noluerint. Sed nec ignẽ cõflagratioĩs illiꝰ ꝑtimescũt immortales atq; incorruptibiles facti: si trium uiroruꝫ corruptibilia corpora atq; mortalia: in camino ardenti illesa uiuere potuerunt.

Capitulum .xix.

MVltas tamen ęuangelicas aplicasq; sniaꝫ de diuino isto iuditio uidero esse mihi prętereundas: ne hoc uolumen in nimiã lõgitudinẽ ꝓuoluat̃. Sed nullo modo est prętereũdus apl's Paulus: qui scribẽs ad thesalonicẽses. Rogamus ĩqt uos fratres per aduentum domini nostri Ihesu xp̃i & nostrę cõgregationis ĩ ip̃m: ut nõ cito moueamini mente neq; terreamini: neq; ꝑ spirituꝫ: neq; per uerbũ: neq; per ępistolam tãquã ꝑ nos missam: quasi instet dies domini. Ne quis seducat uos ullo m̃o. Quoniã n̄ uenerit refuga p̃mum: & reuelatꝰ fuerit homo pc̃ti filius ĩteritꝰ: qui aduersat̃ & extollit̃ sup omne qđ dr̃ deus aut qđ colitur: ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanquaꝫ sit deus. Non retinetis in memoria: qđ adhuc cum essẽ apud uos hęc dicebam uobis? Et nũc qd detineat scitis: ut in suo tempore reuelet̃. Iam enim iniquitatis misterium operat̃. tantum qui modo tenet teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabit̃ iniquus ille: quem dominus Ihesus interficiet spiritu oris sui: & euacuabit illũinatiõe suę pręsentię: cuius est pręsentia scđm opationeꝫ sathane ĩ omni ũtute & signis & ꝓdigiis mẽdacibus: & ĩ omni seductiõe ĩiqtatis: his qui pereũt ꝓ eo q dilectionẽ ueritatis nõ receperũt ut salui fierẽt. et ideo mictet illis deus operationem erroris: ut credãt mendacio: & iudicentur omnes qui non crediderũt ueritati: sꝫ cõsenserũt iniqtati. Nulli dubium est cũ de antix̃o ista dixisse: dieq; iuditii. Hunc enĩ appellat diem dñi nõ esse uenturum: nisi prior ille ueniret: Quem refugã uocat utiq; a domino deo. Quod si de omnibus impiis merito dici potest: quãto magis de isto? Sed in quo dei templo ut deus sit sessurus incertũ ẽ. Vtrũ in illa ruina templi qđ a Salomõe rege constructum est: an uero in ęcclesia. Nõ enĩ templuꝫ alicuiꝰ idoli aut dęonis: templum dei apl's diceret. Vnde nõ nulli nõ ipsum principem: sꝫ uniuersum q̃dãm̃ corpus eiꝰ id ẽ ad deũ ꝑtinẽteꝫ hominum multitudĩeꝫ sil' cũ ip̃o suo p̃ncipe: hoc loco intelligi antix p̃m uolunt: rectiusq; putãt etiam latine dici sicut in gręco est: non in templo dei sꝫ in templ'ꝯ dei sedeat: tãquã ipse sit templum dei qđ est ęcclesia. Sicut dicimus sedet in amicũ id ẽ uelut amicꝰ: uel aliqd aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autẽ ait: & nũc qd detineat scitis: id est quid sit in mora: quę causa sit dilationis eius ut reuelet̃ ĩ suo tpe scitis: Quod illos scire dixit: aperte hoc dicere noluit. Et iõ nos q nescimꝰ qđ illi sciebant: peruenire cuꝫ labore ad id qđ sensit apl's cupimus nec ualemus: pręsertim quia &

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

illa que addidit: & hūc ſenſū obſcuriorez faciunt. Nam quid eſt iam enī miſterium miquitatis operat̄: tantū qui modo tenet teneat donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille miquus? Ego ꝓrſus quid dixerit fateor me ignorare: ſuſpitiones tamen hominū quas uel audire uel legeſ̄ de hac re potui nō tacebo. Quidam putant hoc de impio dictū fuiſſe romāo: & ꝓpterea Paulū aplm nō id apte ſcribere uoluiſſe: ne calūpniā uidelicet icurreret q romāo imperio male optauerit: cum ſperaretur ꝛternū. ut hoc qđ dixit iam enī miſteriuz operat̄ miqtatis Neronē uoluerit itelligi: cuius iam facta uelut antix uidebāt̄. Vnde nōnulli ipm reſurrecturū & futurz antixpm ſuſpicanē. Alii ů nec eū occiſum putāt: ſz ſubtractum potius ut putaretur occiſus: & uiuū occultari im uigore ipius ꝛtatis i qua fuit cum crederē extinctus: donec ſuo tempore reueleē: et reſtituatur i regnum. Sed multum mihi mira eſt hec opinantiū tanta prēſumptio. Illud tamē qđ ait ap'ls: tantū qui modo tenet teneat donec de medio fiat: non abſurde de ipſo romano impio credit dictum: tanq dictū ſit: tm q nů imperat ipet: donec de medio fiat id ē de medio tollat̄. Et tūc reuelabiē miquus: quē ſignificari antixpm nullus ambigit. Alii ů & qđ ait qd detineat ſcitis: & miſteriū operat̄ iiqtatis: nō putāt dictum nſi de malis & fictis qui ſunt im ecclēſia: donec pueniat ad tantū numerū qui antixpo magnū pplm faciat: & hoc eē miſteriū iiqtatis quia uidet̄ occultum. Hortari autē aplm fideles ut im fide quā tenent tenaciter ꝑſeuerent: dicendo q nů tenet teneat donec de medio fiat: id ē donec exeat de medio ecclēſię miſteriū miqtatis qđ nūc occultū ē. Ad ipm. n. miſterium ptinēſ arbitrant̄: qđ ait i ſua epiſtola Johānes euāgeliſta. Pueri nouiſſīa hora eſt: & ſicut audiſtis q antixpus ſit uēturus nūc autē antichriſti multi facti ſunt. Vnde cognoſcim9 q nouiſſima ſit hora? Ex nobis exieē̄t: ſz nō erāt ex nob. Quod ſi fuiſſent ex nobis: pmanſiſſent utiq; nobiſcum. Sicut ergo ante fines im hac hora imquiunt quā Johannes nouiſſimā dicit: exierunt multi hereſes de medio ecclēſie quos multos dicit antixpos: ita oīs tūc inde exibunt: qui nō ad xpm ſz ad illum nouiſſimum antixpm ptinebunt: & tunc reuelabit̄. Alius g̃ ſic: alius autē ſic apli obſcura uerba coniectat: quod tamen euz dixiſſe nō dubium ē: nō ueniet ad uiuos & mortuos iudicandos xpus: niſi prius uenerit ad ſeducendos i anima mortuos aduerſarius ei9 antixpus. q̃uis ad occultum iam dei iudiciuz pertineat q ab illo ſeducerentur. Preſentia quippe eius erit ſicut dictū eſt ſcđm opationē ſathane: im omni uirute & ſignis et ꝓdigiis mēdacii: & im omni ſeductione imiquitatis his qui pereūt. Tunc. n. ſolueē̄ ſathanas: et p illū antixpm i oi ſua uirtute mirabiliter qdē ſz mēdaciter operabit̄. Quod ſolet ambigi utz ꝓpterea dicta ſint ſigna et ꝓdigia mendacii: quoniam mortales ſenſus per fantaſmata decepturi9 eſt: ut qđ non facit facere uideat̄. An qa illa ipa etiā ſi erunt uera ꝓdigia ad mendatiū ptrahēt credituros: non ea potuiſſe niſi diuinitus fieri: uirtute diaboli creſcente maxime quādo tantā q̃ntā nūq habuit accepit poteſtatē. Nō. n. quādo de celo ignis cecidit: et tātā familiam cum tantis gregibus porcorum ſancti Job uno ipetu abſumpſit: & turbo irruens & domū deicies filios ei9 occidit: fantaſmata fuerūt: que tamē fuerūt opa ſathāe cui de9 dederat hāc ptātē. Propter quid ergo hoz̄ ſint dicta ꝓdigia et ſigna mendacii: tūc potius appebit. Sed ꝓpter qđ libet hoz̄ dictū ſit: ſeducent̄ eis ſignis atq; ꝓdigiis qui ſeduci merebunt̄: ꝓ eo q ueritatis dilectionem imqt nō recepūt ut ſalui fierēt. Nec dubitauit apoſtolus addere ac dicere: & iō mictet illis deus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

operationem erroris: ut credāt mēdatio. Deus enī mictet: quia deus diabolū ista facere permictet iusto ipso iuditio: q̄uis ipse faciat iniquo malignoq; consilio. Vt iudicent̄ inquit omnes qui nō crediderūt ueritati: s; cōsenserūt iniquitati. Proinde iudicati seducent̄: et seducti iudicabunt̄. Sed iudicati seducuntur illis iuditiis dei occulte iustis: iuste occultis: q̄bus ab initio peccati rationalis creaturę nūq̄ iudicare cessauit. seducti aūt iudicabūt̄ nouissimo manifestoq; iuditio: per Ihesum christū iustissime iudicatur̄: iniustissīe iudicatū.

Sed hic apostolus Capitl'm. xx. tacuit de resurrectione mortuorū. Ad eosdem autē ī ępistola p̄ma scribens: nolumus inq̄t uos fr̄es ignorare de dormientibus: ut nō cōtristemī sicut et cęteri qui spem nō habent. Nam si credimus q̄ Ihesus mortuus ē et resurrexit: ita et de⁹ eos q̄ dormierūt p Ih̄m adducet cum eo. Hoc.n. uobis dicim⁹ in uerbo dñi. q̄a nos uiuentes qui reliq̄ sumus: in aduentu dñi nō pręueniem⁹ eos q̄ ante dormierūt. q̄m ipe dñs in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cęlo et mortui q̄ in xp̄o sunt resurgent primi. Deinde nos uiuentes qui reliq̄ sumus: simul cum illis rapiemur in nubib⁹ obuiam xp̄o in aera: et ita semper cum dño erimus. Hec uerba apl'ica resurrectonē futuram mortuorum quādo ueniet dñs xp̄us utiq; ad uiuos et mortuos iudicādos: pręclarissīe ostēdūt. Sed quęri solet utrum illi q̄s hic uiuētes inuenturus est xp̄us: quor̄ personā in se atq; illos qui tunc secū uiuebāt transfigurabat apl's: nūq̄ oīno sint morituri: an ipo temporis puncto quo cum resurgentibus rapient̄ in nubibus obuiam xp̄o in aera: ad immortalitatē p mortē mira cęleritate transibūt. Neq;.n. dicendum est fieri non posse: ut dū per aera in sublime portant̄: in illo spatio & moriant̄ & reuiuiscant. Quod.n. ait & ita semp cum dño erimus: non sic accipiendum est tanq̄ in aere nos dixerit semp cum domino esse māsuros: quia nec ipse utiq; ibi manebit: q̄ ueniens transiturus ē. Venienti q̄ppe ibit̄ obuiaz nō manenti. s; ita cū dño erimus: id est sic erim⁹ habētes semp corpora sempiterna: ubicunq; cum illo fuerimus. Ad hūc autē sensū q̄ etiā existimam⁹ illos q̄s hic uiuos inuenturus est dñs: ī ipo paruo spatio & passuros mortez & accepturos īmortalitatem: ipse apl's nos uidetur urgere ubi dicit in xp̄o omnes uiuificabunt̄: cū aliq̄ loco de ipsa loquens corpum resurrectiōe dicat. tu q̄d seminas non uiuificabit̄ nisi p̄us moriat̄. Quomō g̊ quos uiuētes hic xp̄s inueniet per immortalitatem in illo uiuificabunt̄: & si nō moriant̄ cū uideamus ꝓpter hoc esse dictū: tu q̄d seminas nō uiuificatur nisi prius moriat̄? Aut si recte non dicimus seminari nisi ea corpa hominū; quę moriēdo quoq̄m cōuertunt̄ ī terram: sicut sese habet etiā illa in transgressorem patrem generis hūani diuinit⁹ prolata sententia: terra es et ī terrā ibis: fatendum est istos q̄s nōdum de corpib⁹ egressos cum xp̄us ueniet īueniet: et istis uerbis apl'i & illis de genesi nō teneri: q̄m sursū ī nubibus rapti nō utiq; seminant̄: quia nec eunt in terram nec redeunt: siue nullam prorsus experiant̄ mortem: siue paululū ī aere moriant̄. Sed aliud rurs⁹ occurrit q̄d idē dicit apl's: cum de resurrectiōe corpū ad corīthios loqueret̄: oēs resurgemus: ul' sicut alii codices habent: omnes dormiem⁹. Cum g̊ nec resurrectio fieri possit nisi mors pręcesserit: nec dormitionem illo loco intelligere possimus n̄ mortē: quō oēs uel dormiēt uel resurgēt: si tam multi quos in corpore inuenturus est xp̄us nec dormient nec resurgent? Si ergo sanctos qui reperient̄ xp̄o ueniēte uiuentes: eiq; ī obuiam rapient̄: credidérimus ī eodez raptu de mortalib⁹ corpib⁹ exituros & ad eadem mox immortalia

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

reddituros nullas in uerb apli patiemur angustias: siue ubi dicit tu qd semias nõ uiuificat nisi prius moriat: siue ubi dicit omnes resurgemus aut omẽs dormiem9: quia nec illi p ĩmortalitatẽ uiuificabunt: nisi quãlibꝫ paululũ tamẽ ante moriant: ac p hoc et a resurrectõe non erũt alieni: quã dormitio pręcedit q̃uis breuissima: non tamẽ nulla. Cur aũt nob incredibile uideat illã multitudinẽ corporuꝫ in aere quodãmodo seminari: atqꝫ ibi protinus immortaliter atqꝫ incorruptibiliter reuiuiscere: cum credamus qd idem ipe apls alibi apertissime dicit: in ictu oculi futurã r̃surrectõeꝫ: et ĩ mẽbra sĩe fĩe uictura tãta facilitate tanqꝫ ĩextimabili uelocitate rediturũ antiquissimoꝝ cadaueꝝ puluerẽ: nec ab illa sententia qua homini dictuꝫ ẽ: terra es et ĩ terram ibis futuros illos esse sãctos arbitremur immunes: si eoꝝ morientium in terra corpora non recident: sꝫ sicut in ipso raptu morientur: ita et resurgent dum feruntur in aera? In terrã qppe ibis: id est ĩ hoc ibis amissa uita quod eras anteq̃ sumeres uitam: id est hoc eris exanimis quod eras anteq̃ animatus eẽs Terrę qppe insufflauit deus ĩ faciẽ flatũ uitę: cum factus esset homo in aĩam uiuã. Tanq̃ diceretur. Terra animata es quod non eras: terra eris exanimis sicut eras. Quod sunt & anteq̃ putrescant omnia corpora mortuorum: quod erunt & illa si morient ubicunqꝫ moriantur cum uita carebunt quam continuo sunt receptura. Sic ergo ibunt in terram quãdo ex uiuis hõib9 terra erunt: q̃admodum it in cinerẽ quod fit cinis: it in uetustateꝫ quod fit uetus: it in testam quod ex luto fit testa. et alia arescentia sic loquimur. Quomodo autem sit futurum: quod nũc pro nostrę ratiunculę uiribus utcunqꝫ conicim9: tunc potius erit ut nosse possimus. Resurrectionem quippe mortuoruꝫ futuram esse in carne: quando xp̃us uenturus est uiuos iudicaturus & mortuos: optet si xp̃iani esse uolumus ut credamus: sꝫ nõ ideo de hac re inanis ẽ fides nostra: si q̃admoduꝫ futura sit pfecte cõpręhẽdere nõ ualem9. Verum iã sicut pmisimus de hoc iuditio d̃i nouissimo etiam pphetici ueteres libri quod pnũtiauerint: q̃ntũ satis eẽ uidebit debem9 ostendere. Quę sicut arbitror nõ tanta mora necesse erit tractari & exponi si istis quę pręmisim9 lector curauerit adiuuari.

Capitulum .xxi.

PRropheta Ysaias resurgent ĩquit mortui: & resurgent qui in sepulcris erant: & letabuntur omnes qui sunt in terra. Ros enĩ qui abste est: sanitas ill' est: terra uero impioꝝ cadet. Totũ istud superi9 ptinet ad resurrectionẽ beatoruꝫ. Quod autẽ ait terra uero impioꝝ cadet: bene intelligit dictũ: corpora ũ impiorũ ruina damnationis excipiet. Iam uero si de bonoꝝ resurrectione quod dictum est diligentius & distinctius intueri uelim9: ad primam referendum est quod dictum est resurgent mortui: ad secundã ũ quod sequit: & resurgẽt qui in sepulcris erant. Iam & si illos sanctos inquiramus quos hic uiuos inuentur9 est dominus: eis congrue deputabit qd adiũxit: & letabunt omnes qui sunt in terra. Ros .n. qui abste ẽ: sanitas ill' est. Sanitatẽ loco isto ĩmortalitatem rectissimę accipimus. Ea nanqꝫ est plenissima sanitas: quę non reficit alimentis tanq̃ quotidianis medicamentis. Item de die iuditii spem dans p̃us bonis: deinde terrens malos ideꝫ pp̃ha sic loq̃t. Hęc dicit dominus. Ecce ego declinabo in eos ut flumen pacis: & ut torrens inundans gloriam gentium. Filii eorum super humeros portabunt: et super genua consolabunt. Quemadmoduꝫ si quem mater consolet: ita ego uos cõsolabor: & in hierusaleꝫ consolabimĩ. Et uidebitis & gaudebit cor uestruꝫ: & ossa uestra ut herba exorient. Et cognoscentur manus domini

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

colentibus eum: & comminabit̃ cõtumacibus. Ecce.n. ut ignis domin⁹ ueniet: & ut tempestas currus ei⁹: reddere ĩ indignatione uindictam: et uastationẽ ĩ flãma ignis. In igne.n. dñi iudicabit̃ oĩs terra: & ĩ gladio ei⁹ oĩs caro: multiq; uulnerati erunt a dño. In bonoruꝫ ꝓmissione se declinare dicit ut flumen pacis: qđ ꝓfecto abundãtiaꝫ pacis illius debemus accipe: qua maior esse nõ possit. Hac utiq; in fine rigabimur: de q̃ in pręcedẽti libro abundanter locuti sumus. Hoc flumen se ĩ eos declinare dicit: quibus tantã beatitudinẽ pollicet̃: ut intelligamus in illi⁹ fęlicitatis regione quę in cęlis ẽ: hoc flumine omnia saciari. Sed qa ęternis corporibus pax incorruptionis atq; immortalitatis uim influet: iõ declinare se dixit hoc flumen: ut de supnis quodãmodo etiaꝫ inferiora pfũdat: et hoĩes ęquales angelis reddat. Hierusalem quoq; nõ illaꝫ quę seruit cum filiis suis: sꝫ liberam matrem nostram ꝑm apl'm ęternã intelligamus in cęlis. ubi p⁹ labores erumnarum curarũq; mortaliuꝫ cõsolabimur: tanq̃ paruuli eius humeris genibusq; portati. Rudes enĩ nos & nouos: blãdissimis adiutoriis insolita nob̃ beatitudo illa suscipiet: ubi uidebimus et gaudebit cor nostruꝫ. Nec expręssit quid uidebimus. Sed quid n̄ deum: ut in nob̃ impleat̃ ꝓmissuꝫ ęuangelicũ: beati mũdo corde quoniã ipsi deum uidebunt: & oĩa illa quę nũc non uidemus: credentes aũt ea ꝓ modulo capacitatis humanę longe min⁹q̃ sunt atq; incõpabliter cogitam⁹. Et uidebitis inquit et gaudebit cor ur̃m. Hic creditis: ibi uidebitis. Sed quoniam dixit & gaudebit cor ur̃m: ne putarem⁹ illa bona hierusalem ad nostruꝫ spiritum tantũm̃ ptinere: et ossa inqt ur̃a ut herba exorient̃: ubi resurrectõeꝫ corpũ strĩxit: uelut qđ nõ dixerat reddens. Neq; enim cum uiderimus fient: sꝫ cum fuerint fc̃ta uidebimus. Nam & de cęlo nouo ac terra noua iam supra dixerat: dum ea quę sc̃tis ꝓmictunt̃ in fine: sępe ac multiformiter dicent. Erit inqt cęlũ nouũ & terra noua: & nõ erũt memores priorũ: nec ascendẽt ĩ cor ip̃oꝝ: sꝫ lętitiã et exultationẽ ĩueniẽt in ea. Ecce ego faciã hierusalẽ exultatiõeꝫ et ppl'm meum lętitiam: et exultabo ĩ hierusalem & letabor in ppl'o meo: & ultra non audiet̃ in illa uox fletus: ꝛc̃ quę qdã ad illos carnales mille ãnos r̃ferr̃ conãt̃. Locutiones auteꝫ tropicę ꝓpriis ꝓphico more miscent̃: ut ad spũalem intellectuꝫ intentio sobria cum q̃dam utili ac salubri labore perueniat. Pigritia ũ carnalis ul' ineruditę ul' inexercitatę tarditas mẽtis: contẽta literę supficię: nihil putat interi⁹ requirendum. Hęc de propheticis uerbis quę añ istũ locum scripta sunt satis dixerim. In hoc autẽ loco unde ad illa digressi sumus: cũ dixisset & ossa uestra ut herba exorient̃: ut resurrectionẽ qdem carnis sꝫ tm̃ bonoꝝ se nunc cõmẽorare mõstraret adiunxit: & cognoscet̃ manus dñi colentibus eum. Quid est hoc nisi manus domĩ distĩguẽtis cultores suos a cõtemptorib⁹ suis: de qbus seq̃ntia cõtexens: et cõminabitur inquit cõtumacib⁹? Siue ut ait ali⁹ ĩterpres ĩcredulis. Nec tũc cõminabit̃: sꝫ quę nũc dicũtur minaciter: tũc efficaciter ĩplebunt̃. Ecce.n. ĩqt dñs ut ignis ueniet: et ut tẽpestas curr⁹ eius: redder̃ ĩ ĩdignatiõe uindictã: et uastatiõeꝫ ĩ flãma ignis. In igne enim dñi iudicabit̃ oĩs terra: & ĩ gladio eius omĩs caro: multiq; uulnerati erũt a dño: siue igne: siue tempestate: siue gladio: penã iuditii significat: q̃ndoqdem ip̃m dominũ dicit esse uentuꝝ: ꝓfecto ei⁹ quibus penalis erit eius aduẽtus. Curr⁹ uero eius: q pluraliter dicti sunt: angelica ministeria non incõuenienter accipimus. Quod autẽ ait oẽm terrã & oẽm carnem in eius igne & in gladio iudicari: nõ etiã hic spirituales intelligamus & sanctos: sꝫ terrenos atq; carnales: de qbus dictuꝫ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

est qui terrena sapiunt: et sape ꝑm carnez
mors ē: & quales omīno caro appellantꝫ
a dño ubi dicit: non ꝑmanebit spūs meus
in hōibus istis quoniā caro sunt. Quod ů
hic positu; est multi uulnerati erūt a dño:
isto uulnere fiet mors secūda. Potest qdā
& ignis et gladius et uulnus in bono ac-
cipi. Nā & ignē dñs uelle se dixit mictere
in mūdū: & uise sunt illis lingue diuerse
uelut ignis quando uenit spūs sanctus:
& non ueni inqt dñs idem pacez mictere
ī terram sꝫ gladium: et sermonē dei dicit
scriptura gladiū bis acutum: ꝓpter aciez
geminā testamentoꝝ duum: et in cantico
canticoru; caritate se dicit sancta ecclesia
uulneratam: uelut amoris impetu sagit-
tatam. Sed hic cum legimus uel audimus
ultorem dominū esse uenturū: q̄admodū
hec intelligenda sint claꝝ ē. Deinde bre-
uiter eis cōmemoratis qui ꝑ hoc iuditiu;
cōsumuntꝫ: sub figura ciborū ī lege ueteri
uentoꝝ aqbus se nō abstinuerūt: pctores
impiosq; significās: recapitulat gratiam
ab initio noui testamēti: ex primo salua-
toris aduentu usq; ad ultimum iuditium
de quo nūc agimus: perducens finiensq;
sermōem. Narrat nāq; dicere dominum
se uenire: ut congreget oēs gentes: easq;
uēturas & uisuras eius gloriam. Omnes
enim sicut dicit apl's peccauerūt: et egent
glia dei. Et relicturum se dicit super eos
signa: que utiq; mirantes credant in eum:
et emissurū ex illis saluatos in gentes di-
uersas: & in longinquas insulas que nō
audierūt nomen eius: neq; uiderunt eius
gloriā: & ānūtiaturos gliā eiꝰ in gentibꝰ:
& addituros fres istoꝝ qbus loquebatꝫ:
id est in fide sub deo patre fres israelitaꝝ
electoꝝ: adducturos aūt ex oībꝰ gētibus
munus deo in iumentis et uehiculis. Que
iumenta et uehicula bñ intelliguntꝫ adiu-
toria diuina: ꝑ cuiusq; generis ministeria
uel angelica ul' hūana: in sanctā ciuitatez
hierusalem que nunc in sanctis fidelibus
est diffusa per terras. Vbi enim diuitus
adiuuantꝫ: ibi credunt. & ubi credūt ibi
ueniunt. Comparauit autem illos domīꝰ
tanq̄ ꝑ similitudinē filiis israel: offerētibꝰ
ei suas hostias cum psalmis ī domo eius:
qđ ubiq; iā facit ecclesia. & ꝓmisit ab eis
se accepturum sibi sacerdotes & leuitas:
qđ nihilominus fieri nūc uidemus. Non
enim ex genere carnis & sanguinis sicut
erat primum scđm ordinē Aaron: sꝫ sicut
oportebat in testamento nouo ubi scđm
ordinez Melchisedech summus sacerdos
est xp̄us: ꝓ cuiusq; merito qđ in eo gratia
diuīa cōtulerit sacerdotes & leuitas eli-
gi: sicut nunc uidemus. q non isto noīe qđ
sepe assecuntꝫ indigni: sꝫ ea que nō ē bonis
malisq; cōmunis sanctitate pēsandi sunt.
Hec cum de ista que nūc impertitꝫ ecclesie
ꝑspicua nobisq; notissima dei miseratione
dixisset: ꝓmisit et fines ad q̄s ꝑ ultimum
iuditium facta bonoꝝ maloruzq; discre-
tione uenietꝫ: dicens ꝑ ꝓpham uel de dño
dicēs ipe ꝓpheta. Quomō. n. celum nouū
et terra noua corā me manebit dicit dñs:
sic stabit semen ur̄m et nomen uestrum: et
erit mensis ex mēse: et sabbatū ex sabba-
to: & ueniet omīs caro in conspectu meo
adorare me ī hierusalem dicit dominus.
Et egredientꝫ & uidebunt membra hoīm
qui preuaricati sunt in me. Vermis eorū
non morietꝫ: & ignis eoꝝ nō extinguetꝫ:
& erunt uisui oī carni. Ad hoc iste ꝓpha
terminauit libꝝ: ad qđ termīabitꝫ seculū.
Quidam sane nō interpretati sunt mēbra
hoīm sꝫ cadauera uiroꝝ. ꝑ cadauera sig̃fi-
cantes seuientem corporum penam. q̄uis
cadauer nisi caro exāimis non soleat nū-
cupari. illa uero aīata erūt corpa. Alioqn
nulla poterūt sentire tormēta. Nisi forte
quia mortuoꝝ corpa erunt: id est eoꝝ q ī
secundam mortem cadent. ideo etiam nō
absurde cadauera dici possunt. Vnde est
et illud qđ ab eodem ꝓpheta iam dictum
supra posui: terra uero impiorum cadet.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

sctis angelis credidit. Sed illuz et ꝓpter hoc et propter alia nonnulla: et maxime propter alternātes sine cessatōe beatitudines & miserias: et statutis sęculorum interuallis ab istis ad illas: atq; ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles: nō immerito reprobauit ęcclesia. Quia et hoc ꝙ misericors uidebat̄ amisit: faciendo sctis ueras miserias qb9 pęnas luerēt: & falsas beatitudines in quibus uerū ac securum hoc est sine timore certū sempiterni boni gaudiū non haberent. Longe autem aliter istorū misericordia hūano errat affectu: q hoīm illo iuditio damnatorū miserias tēporales: oīm uero qui ul' citius uel tardi9 liberant̄: ęternā fęlicitatē putant. Quę sententia si ꝓpterea uera & bona qa misericors est: tanto erit melior et uerior q̄nto misericordior. Extēdatur ergo ac profūdat̄ fons hui9 misericordię usq; ad damnatos angelos: saltem post multa atq; ꝓlixa q̄ntūlibet sęcula liberādos. Cur usq; ad uniuersam naturaz manat hūanam: et cū ad angelicam uentum fuerit mox arescit? Non audent tamē se ulterius miserando porrigere: et ad liberationē ipius q̄q; diaboli peruenire. Verꝫ si aliquis audeat uicit nempe istos: et tñ tanto inuenit̄ errare deformius: et cōtra recta dei uerba ꝑuersius: q̄nto sibi uidet̄ sentire clęmētius. Capl'm .xviii.

SVnt etiā quales in collocutiōibus nr̄is ipe sū expertus: q cū uenerari uideant̄ scripturas sanctas: moribus improbandi sunt. et agendo causam suam: multo maiorem q̄ isti misericordiaz deo tribuūt erga hūanū genus. Dicūt enī de malis et infidelibus hoībus diuinit9 qdez uerum prędictum esse ꝙ digni sunt: sed cū ad iuditiū uentū fuerit: misericordiā esse supaturam. Donabit enim eos inqunt misericors deus: pręcib9 et intercessiōib9 sanctoꝝ suorū. Si enim orabant pro illis qñ eos patiebant̄ inimicos: quāto magis quando uidebunt hūiles supplicesq; prostratos? Neq; enī credendū est aiūt tunc amissuros sctos uiscera misericordię: cuz fuerit plenissimę ac ꝑfectissimę sctitatis. ut qui tūc orabāt pro inimicis suis q̄ndo et ipi sine pcto non erant: tunc nō orent ꝓ supplicibus suis quādo nullū ceperit hr̄e peccatū. Aut uero deus tunc eos non exaudiet tot & tantos filios suos: quādo in tanta eoꝝ sanctitate nullū inuēiet orōnis impedimentū? Testiōniū ū psalmi: et illi quidez q permictūt infideles atq; impios homines saltem longo tempore cruciari; & postea de malis omibus erui: sz magis isti pro se dicūt eē ubi legitur. Nunquid obliuiscetur misereri deus: aut cōtinebit in ira sua suas miserationes? Ira eius est inqunt: ut omes indigni beatitudīe sempiterna ipso iudicante puniant̄ supplitio sempiterno. Sed si uel longū uel ullū esse permiserit: ꝓfecto ut possit hoc fieri continebit in ira sua miserationes suas. quod eū psalmus dicit nō esse factuꝝ. Non enī ait affirmādo cōtinebit: sed negationem sub interrogatōne ponens: cū an cōtiebit interrogat: nimirū ostendit: quia nō diu miseratōes suas in ira cōtineat. Sic ergo isti uolunt iuditii dei cōmiatōnem nō esse mendacez: q̄uis sit neminē damnaturus: q̄admodū ei9 cōminatōez q̄ dixit euersurū se esse niniuē ciuitatez: mēdacē nō possumus dicere: et tamē nō est factū inqunt qd̄ sine ulla cōditōne prędixit. Nō enī ait niniue euertetur si nō egerint pęnitentiā seq; correxerint: sed hoc nō addito prę-nūtiauit euersionē futuraz illius ciuitatis. Quā cōmiatōnez ꝓpterea ueracē putant: qa hoc prędixit deus qd̄ uere digni erāt pati: q̄uis hoc nō esset ipe facturus. Naz & si pęnitentibus pepercit inqunt: utiq; illos pęnitentiā nō ignorabat acturos. & tamē absolute ac definite eorū euersionez futuram esse prędixit. Hoc g̊ erat inqūt in ueritate seueritatis: q̄ erant digni: sed

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in ratione miserationis nō erat: quaz non cōtinuit ī ira sua ut ab ea pęna supplicib9 parceret: quā fuerat cōtumacibus cōminatus. Si aūt tunc pepercit aiunt: q̄ndo sanctū suū ꝓpħam fuerat parcendo contristatur9: quāto magis tunc mirabilius supplicantib9 parcet: q̄ndo ut ꝑcat om̄es sancti eius orabunt? Sed hoc qđ ipsi suis cordibus suspicant̄: ideo putant scp̄turas tacuisse diuinas: ut multi se corrigāt uel prolixarū uel ęternaꝝ timore pęnaꝝ: et sint qui possint orare ꝓ eis qui nō se correxerint. Nec tamē opinātur oīmodo id eloquia diuina tacuisse. Nam quo ꝑtinet inquint quod scriptū est: q̄multa multitudo dulcedinis tuę domīe quā abscondisti timentibus te: nisi ut intelligamus ꝓpter timorem fuisse absconditaz misericordię diuinę tam multā secretamq; dulcedinē? Addūt etiam ꝓpterea dixisse apstolum: conclusit enī deus om̄es in infidelitate ut omnibus misereat̄: quo significaret q̄ ab illo nemo damnabit̄. Nec isti tñ qui hoc sentiūt: hanc opinionē suam usq; ad liberatōem uel nullam damnationez diaboli atq; angeloꝝ eius extēdūt. Hūana q̄ppe circa solos homīes mouent̄ misericordia: et causam maxime agūt suā: ꝑ generalez in genus humanū quasi dei miseratōem: impunitatez falsam suis ꝑditis moribus pollicentes. Ac per hoc superabunt eos in prędicāda dei misericordia: qui hanc impunitatē etiā priucipi dęmonū et eius satellitibus pollicent̄. Capl'm .xix.

ITem sunt alii ab ęterno supplitō liberatōem nec ip̄is saltem om̄ibus hoīb9 promictētes: sed tm̄modo x̄ baptismate ablutis qui participes fiunt corporis ei9: quōlibet uixerint: in quacunq; heresi uel impietate fuerint. propter illud quod ait Ihesus. Hic ē panis qui de cęlo descēdit: ut si q̄s ex ipso māducauerit nō moriat̄. Ego sum panis uiuus q̄ de cęlo descendi. Si quis māducauerit ex hoc pane uiuet in ęternuz. Ab ęterna ergo morte inquint necesse est istos erui: et ad uitam ęternam quādoq; perduci. Capitl'm .xx.

ITem sunt qui hoc nec om̄ibus hñtib9 baptismatis xp̄i & eius corpis sacramentum: sed solis catholicis quāuis male uiuentibus pollicent̄. q̄a nō solū sacmēto sed re ip̄a manducauerūt corpus christi: in ip̄o corpe eius constituti. De quo dicit apostolus. unus panis unū corpus multi sumus. ut etiā si postea in aliquā heresim uel etiā in gentiliū idolatriaz lapsi fuerīt: tm̄ quia in corpe christi id est ī catholica ęcclesia sūpserūt baptismū x̄ et māducauerūt corpus xp̄i: non moriant̄ ī ęternū: sed uitam q̄nq; conseq̄ntur ęternam. atq; illa om̄is impietas q̄nto maior fuerit: nō eis ualeat ad ęternitatez: sed ad diuturnitatem magnitudinemq; pęnarum.

SVnt autem Capl'm .xxi.

qui propter id qđ scriptum est qui perseuerauerit usq; ī finem hic salu9 erit: non nisi in ęcclesia catholica ꝑseuerantib9 q̄uis in ea male uiuētibus hoc ꝓmictūt: per ignem uidelicz saluandis: merito fūdamenti de quo ait apl's. Fundamentū. n. aliud nemo potest ponēr̄ pręter id quod positū est: qđ est christus Ihesus. Si quis autē ędificauerit supra fundamentū hoc aurū: argentuz: lapides pręciosos: ligna: fęnū: stipulam: uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies eniz dñi declarabit: quia in igne reuelabitur: et uniuscuiusq; opus quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus permanserit quod supędificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus aūt arserit: detrimentū patiet̄. ipse autē saluus erit: sic tñ quasi per ignē. Dicūt ergo cuiuslibz uitę catholicum christianū christuz habere in fundamento: quod fundamentum nulla heresis habz a corpis ei9 unitate pręcisa: & ideo propter hoc fundamentū etiam si malę uitę fuerit catholicus christianus: uelut qui superędificauerit ligna: fęnum:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

stipulam: putant eum saluũ fieri ꝑ ignez: id est post pęnas ignis illi⁹ liberari: q̃ igne in ultio iuditio pũienr̃ mali. Ca.xxii.

COmperi autem etiam quosdaz putare: eos tantũmodo arsuros illi⁹ ęternitate supplitii: qui pro peccatis suis facer̃ dignas elemosinas negligũt. Iuxta illud apostoli Iacobi. Iuditiũ autem sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Qui ergo fecerit inquiũt q̃uis mores in melius nõ mutauerit: sed inter ipsas suas elemosinas nefarie ac nequiter uixerit: cũ misericordia illi iuditiũ futurum est. ut aut nulla damnatiõe plectat̃: aut post aliquot tempus siue paruuz siue prolixum ab illa damnatione liberetur. Ideo iudicẽ ipm uiuoꝝ atq; mortuorum noluisse existimant aliud commemorare se esse dicturũ: siue dextris q̃bus datur⁹ est uitã ęternaz: siue sinistris quos ęterno supplitio damnaturus: n̄ elemosinas siue factas siue non factas. Ad hoc pertinere aiunt: et in oratione domĩca quotidianaz postulatõnem. Dimicte nobis debita nr̃a sicut & nos dimictimus debitorib⁹ nr̃is. Quisquis enim illi qui ĩ eum peccauit dimictit ignoscendo peccatum: ꝓculdubio elemosinam facit. Quam rem domin⁹ ipe sic cõmendauit ut diceret. Si enim dimiseritis peccata homĩbus: dimictet uobis et pr̃ uester peccata uestra. Si autez non dimiseritis hominibus: neq; pater uester qui ĩ celis est dimictet uobis. Ergo & ad hoc genus elemosinarum ꝑtinet quod ait apostolus Iacobus: iuditium futurũ sine misericordia ei qui nõ fecit misericordiã. Nec dixit dn̄s inquiũt magna ul' parua: sed dimictet uobis pater uester peccata uestra: si et uos dimiseritis homĩbus. Ac per hoc putant etiaz eis qui ꝑdite uixerĩt donec claudãt diez uitę huius extremũ: per hanc orationem qualiacũq; et q̃tacũq; fuerint omnia quotidie peccata dimicti: sicut ipsa quotidie frequentatur oratio: si hoc tantummodo custodire meminerint: ut quando ab eis ueniam petunt qui eos peccato qualicunq; leserunt: ex corde dimictant. Cum ad hęc omnia deo donãte respondero: liber iste claudendus est.

AC primũ Capitl'm .xxiii.

Aqueri oportet atq; agnosci: cur ęcclesia ferre nequerit omniũ disputatõem: diabolo etiã post maximas et diuturnissimas pęnas purgatõnẽ uel indulgentiaz pollicentem. Neq; enĩ tot sancti et sacris ueteribus ac nouis literis eruditi: mũdationem & regni cęlorũ beatitudinẽ post qualiacũq; et quantacũq; supplitia q̃libetcũq; et quantiscunq; angelis inuiderunt: sed potius uiderũt diuinam uacuari uel infirmari non posse sententiam: quam se prenuntiauit dominus ĩ iuditio ꝓlaturũ atq; dicturum. Discedite a me maledicti in ignem ęternuz: qui paratus ẽ diabolo et angelis eius. Sic q̃ppe ostendit ęterno igne diabolũ et angelos eius arsuros. Et quod scriptum est in apocalipsi. Diabol⁹ qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris: quo et bestia et pseudo ꝓpha crutiabunt̃ die ac nocte ĩ sęcl'a sęcl'orũ. Quod ibi dictũ ẽ ęternũ: hic dictũ est ĩ sęcula sęculorũ. Quibus uerbis nihil scriptura diuina significare consueuit: n̄ quod finem non habet tẽporis. Quãobrẽ prorsus nec alia cã nec iustior atq; manifestior inuẽiri potest: cur uerissima ptãte teneatur fixum et ĩmobile: nll'm regressũ ad iustitiam uitamq; sanctorum diabolũ & angelos eius habituros: n̄ q̃a scp̃tura quę neminem fallit dicit eis deum nõ pepercisse: & sic ab illo eẽ inter impios prędamnatos: ut carceribus inferni retrusi traderentur seruandi atq; ultimo iuditõ pũiendi: quãdo eos ęternus ignis accipiet: ubi crutiabũtur in sęcula sęculorum. Quod si ita est: quomõ ab hui⁹ ęternitate pęne uel uniuersi uel quidam hoĩes post quantumlibet temporis subtrahentur: ac

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non statim eneruabit̃ fides qua creditur sempiternũ dęmonum futurum esse supplitiũ? Si enim quibus dicetur discedite a me maledicti in ignem ęternũ qui pat⁹ est diabolo et angelis eius: ul' uniuersi ul' aliqui eorum non semper ibi erunt: quid causę est cur diabol⁹ et ãgeli euis: semper ibi futuri esse credant̃? An forte dei sñia quę in malos angelos et homĩes ꝓferet̃: in angelos uera erit: in hoĩes falsa? Ita plane hoc erit si non quod deus dixit: sꝫ quod suspicantur homines plus ualebit. Quod fieri quia nõ potest: non argumentari aduersus deũ: sed diuino potius dũ tempus est debent parere pręcepto: qui sempiterno cupiũt carere supplitio. Deinde quale est ęternnꝫ supplitiũ pro igne diuturni temporis existimare: et uitam ęternam credere sine fine: cum xp̃s eodeꝫ ipso loco in una eadẽq; sententia dixerit utrunq; complexus: sic ibũt isti in supplitium ęternũ: iusti autem in uitaꝫ ęternã? Si utrũq; ęternum: profecto aut utrunq; cum fine diuturnum: aut utrũq; sine fine perpetuuꝫ debet intelligi. par pari enim relata sunt. hinc supplitiũ ęternum: inde uita ęterna. Dicere autem in hoc uno eodemq; sensu: uita ęterna sine fine erit: supplitium ęternum finem habebit: multum absurduꝫ est. Vnde qa uita ęterna sc̃toꝝ sine fine erit: supplitiũ quoq; ęternũ qbus erit: proculdubio finem non habebit.

Hoc autẽ et Capl'm .xxiiii. aduersus eos ualet: q suas agẽtes causas contra dei uenire uerba uelut misericordia maiore conant̃. ut ideo uidelꝫ uera sint: quia ea quę dixit homines esse passuros pati digni sunt: non qa passuri sunt. Donabit eniꝫ eos inquiunt pręcib⁹ sanctorum suorũ: etiaꝫ tunc tanto magis orantium pro inimicis suis: quanto sunt utiq; sanctiores: eorumq; est efficatior oratio & exauditione dei dignior: iam nullum habentiũ omnino peccatum. Cur ergo eadem perfectissima sanctitate: & cuncta impetrare ualẽtibus mũdissimis & misericordissimis pręcibus etiam pro angelis non orabunt quibus paratus est ignis ęternus: ut deus sententiam suam mitiget et reflectat ĩ melius: eosq; ab illo ignę faciat alienos? An erit forsitan qsq̃ qui et hoc futuꝝ esse pręsumat: affirmãs etiam sanctos angelos simul cum sanctis hominibus qui tunc ęq̃les erunt angelis dei: pro damnandis et angelis et hoĩbus oraturos: ut misericordia non patiantur quod ueritate merentur pati. quod nemo sanę fidei dixit nemo dicturus est. Alioquin nulla causa ẽ cur nõ etiã ꝓ diabolo nunc & angelis eius oret ęcclesia: quam magister deus ꝓ ĩimicis suis iussit orare. Hęc igitur causa qua fit ut nunc ęcclesia nõ oret pro malis angelis: quos suos nouit esse inimicos: eadem ipsa causa ẽ qua fiet ut in illo tunc iuditio etiam ꝓ hoĩbus ęterno igni crutiandis: q̃uis perfecta sit sanctitate non oret. Nunc enim ꝓpterea pro eis orat: quos ĩ genere hũano habet inimicos: qa tẽpus est pęnitentię fructuosę. Nam ut quid maxime pro eis orat: nisi ut det illis deus sicut dicit apostolus pęnitentiam et resipiscant de diaboli laqueis: a quo captiui tenentur sc̃dm ip̃ius uoluntatẽ? Deniq; si de aliqbus ita certa esset: ut qui sint illi etiam nosset: qui licet adhuc in hac uita sint constituti: tamen prędestinati sunt in ęternum ignem ire cum diabolo: tam pro eis nõ oraret: q̃ nec pro ip̃o. Sed quia de nullo certa est: orat pro omnibus dumtaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis: nec tamen pro omnibus exauditur. Pro his enim solis exauditur: qui et si aduersant̃ ęcclesię: ita sunt tamẽ prędestinati ut pro eis exaudiatur ęcclesia: et filii efficiantur ęcclesię. Si qui aũt usq; ad mortem hẽbũt cor impęnitẽs: nec ex inimicis cõuertẽtur in filios: nunquid iam pro eis id est pro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

talium defunctorũ ſpiritibus orat eccleſia. Cur ita: niſi quia in parte ea diaboli computantur: qui dum eſſent in corpore non ſunt tranſlati ad chriſtum. Eadem itaq; cauſa eſt: cur non oretur tunc p hominibus eterno igne puniẽdis: que cauſa eſt ut neq; nunc neq; tũc oretur p angelis malis. que eadem cauſa eſt: ut q̃uis pro hominibus nũc uiuis oretur etiam malis: tamen iam nec nunc oretur pro infidelibus impiiſq; defunctis. Nam p defunctis quibuſdam: uel ipſius eccleſie uel quorundam piorum exauditur oratio: ſed pro his q̃ in chriſto regeneratorum nec uſq; adeo uita in corpore male geſta eſt: ut tali miſericordia iudicentur digni non eſſe: nec uſq; adeo bene ut talem miſericordiam reperiantur neceſſariam non habere. ſicut etiam facta reſurrectione mortuorum: nõ deerunt quibus poſt penas quas patiũt ſpiritus mortuorum impetretur miſericordia: ut in ignem non mittant eternũ. Neq; enĩ de quibuſdam ueraciter diceret: q̃ non eis remittat neq; in hoc ſeculo neq; in futuro: niſi eſſent quibus et ſi non in iſto tamen remitteretur in futuro. Sed cum dictum fuerit a iudice uiuorũ atq; mortuoꝝ. uenite benedicti patris mei poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi: & aliis econtrario diſcedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius: & ibũt iſti in ſupplicium eternum: iuſti autem in uitam eternam: nimie preſumptionis eſt dicere cuiq̃m eorum eternum ſupplicium nõ futurum: quos deus ituros in ſupplicium dixit eternũ: et p hui⁹ preſũptiõis ſuaſionẽ facere: ut de ipſa q̃q; uita uel deſperet uel dubitet eterna. Nemo itaq; ſic intelligat pſalmũ canentem. Nunq̃d obliuiſcet miſereri deus: aut cõtinebit in ira ſua miſerationes ſuas: ut opinetur de hominib⁹ bonis uerã: de malis falſa: aut de bonis hominibus & malis angelis ueram: de malis autem hominibus falſam dei eſſe ſententiam. Hoc enim quod aut pſalmus ad uaſa miſericordie pertinet: & ad ipſos filios promiſſionis: quorũ erat unus etiã ipſe propheta. Qui cum dixiſſet nũq̃d obliuiſcetur miſereri deus aut continebit in ira ſua miſerationes ſuas: continuo ſubiecit. Et dixi nunc cepi. Hec eſt immutatio dextere excelſi. Expoſuit profecto quid dixerit. Nunquid continebit in ira ſua miſerationes ſuas. Ira enim dei eſt etiam iſta uita mortalis: ubi homo uanitati ſimilis factus eſt: et dies eius uelut umbra pretereunt. In q̃ tamen ira non obliuiſcitur miſereri deus: faciendo ſolem ſuum oriri ſuper bonos et malos: & pluendo ſuper iuſtos et iniuſtos. ac ſic nõ continet in ira ſua miſerationes ſuas. Maximeq; in eo qđ expreſſit hic pſalmus dicendo nunc cepi: Hec eſt immutatõ dextere excelſi: quoniã in hac ipſa eorum uaniſſima uita que ira dei eſt: uaſa miſericordie mutat ĩ melio⁹; q̃uis adhuc in huius corruptionis miſeria maneat ira eius: qa nec in ipſa ira ſua continet miſeratõnes ſuas. Cum ergo iſto modo cõpleatur diuini illius cantici ueritas: non eſt eam neceſſe etiã illic itelligi: ubi non pertinentes ad ciuitatẽ dei ſempiterno ſupplitio punientur. Sed quibus placet iſtam ſentẽtiam uſq; ad illa ipiorũ tormẽta protendere: ſaltez ſic intelligãt: ut manẽte in eis ira dei que eterno ẽ prenuntiata ſupplitio: nõ contineat deus in hac ira ſua miſerationes ſuas: & faciat eos non tanta quanta digni ſunt penarum atrocitate cruciari. ut eas penas uel nunq̃ ſubeant uel aliquando finiant: ſed ut eas minores q̃ merita ſunt eorum leuioreſq; patiantur. Sic enim & ira dei manebit: et in ipſa ira ſua miſerationes ſuas nõ continebit. quod quidem non ideo cõfirmo: quia non reſiſto. Ceterum eos qui putant miti⁹ q̃ ueraciter dictũ: diſcedite a me maledicti in ignem eternum: et ibũt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr ©Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

isti in supplitium ęternũ: et crucia buntur in sęcula sęculorum: & uermis eorum nõ morietur: & ignis non extinguetur: & cętera huiusmodi: non tam ego q̃m ipsa scriptura diuĩa planissime atq; plenissime redarguit ac refellit. Niniuitę quippe in hac uita egerũt pęnitẽtiã: et ideo fructuosaꝫ: uelut ĩ hoc agro seminãtes in q̃ uoluit deus cũ lacrimis semĩari: qđ postea cum lętitia meteretur. Et tamen quis negabit quod domin⁹ prędixit in eis fuisse completum: nisi parũ aduertat q̃amodũ peccatores deus non solum iratus: ueruꝫ etiam miseratus euertat? Euertunt̃ enim peccatores duobus modis. aut sicut sodomitę ut pro peccatis suis ipsi homĩes puniant̃: aut sicut niniuitę ut ipsa hoĩm peccata pęnitendo destruantur. Factum est ergo quod predixit deus. Euersa. n. est niniue quę mala erat: et bona ędificata est quę non erat. Stantibus enĩ męnib⁹ atq; domibus: euersa est ciuitas in ꝑditis moribus. Ac sic q̃uis propheta fuerit cõtristatus: quia non est factum quod illi homines timuerunt illo prophetante uẽturum: factum est tamẽ quod fuerat deo pręsciente prędictum. quoniam nouerat qui prędixit quõ ĩ melius esset implẽdũ. Vt autem nouerĩt isti in peruersum misericordes: quo pertineat quod scriptuꝫ est. Quãmulta multitudo dulcedinis tuę domine: quam abscondisti timentib⁹ te: legãt et quod sequit̃: ꝑfecisti aũt sperantib⁹ in te. Quid est abscõdisti timẽtibus: perfecisti sperantibus: nisi quia illis qui timore pęnarum suaꝝ suã uolunt iustitiã constituere: quę in lege est non est iustitia dei dulcis: quia nesciunt eam? Non enim gustauerunt eam. In se nanq; sperant nõ in ipso: et ideo abscõditur eis multitudo dulcedinis dei: quoniam timent quidem deum: sed illo timore seruili qui nõ est in caritate. quia ꝑfecta caritas foras mictit timorem. Ideo sperantibus ĩ eum perficit dulcedinem suã: inspirando eis caritateꝫ suam: ut timore casto non quem caritas foras mictit: sed permanente in sęculum sęculi: cũ gloriantur in domino glorient̃. Iustitia dei quippe christus est: qui fact⁹ est nobis sicut dicit apostolus sapientia a deo: et iustitia: et sc̃tificatõ: et redẽptio: ut quemadmodum scriptum est: qui gloriatur in domĩo glorie t̃. Hãc dei iustitiã quam donat gratia sine meritis: nesciunt illi qui suam iustitiam uolunt cõstituere: & ideo iustitię dei qui est christus nõ sũt subiecti. In q̃ iustitia est multa multitudo dulcedinis dei: propter quam dicitur in psalmo. Gustate et uidete q̃ dulcis ẽ dñs. Et hanc quidem in hac peregrinatione gestantes: non ad satietatem sumentes: esurimus eã poti⁹ ac sitimus: ut ea postea saturemur cum uidebimus eum sicuti est. & implebitur quod scriptũ est. Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Ita ꝑficit christus multaꝫ multitudinẽ dulcedinis suę sperantibus in eum. Porro aũt si eam quam illi putant dulcedinem suam deus abscondit timẽtibus eũ: qua nõ est ĩpios damnaturus: ut hoc nescientes et dãnari timentes recte uiuant: ac sic possint esse qui orent pro non recte uiuentibus: quõ eam perficit sperantibus in eum: q̃nq̃dem sicut sommant per hanc dulcedinem non damnaturus est eos qui nõ sperant ĩ eũ? Illa igitur eius dulcedo quęratur: quam perficit sperantibus in eum: non quam ꝑficere putatur contempnentibus et blasphemãtib⁹ eum. Frustra itaq; homo posit⁹ in hoc corpore: occultorũ dei iudiciorũ sibi noticiaꝫ arrogare pręsumit. Illud q̃q̃ apostolicum: conclusit enim deus omnes in infidelitate ut om̃ibus misereatur: non ideo dictum est q̃ sit neminem damnaturus: sed superius apparet unde sit dc̃tm. Nã cum de iudeis postea credituris apl̃s loquęretur ad gentes: ad quas utiq; iam credẽtes scribebat ępistolas. Sicut enim

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uos inqt aliquando non credidistis deo: nunc autem misericordiam cõsecuti estis in illorum incredulitate: sic et hi nõ crediderunt in uestra misericordia: ut et ipi misericordiam consequantur. Deinde subiecit unde isti sibi errando blandiuntur atq; ait. Conclusit.n. deus omnes in infidelitate ut oibus misereatur. Quos oẽs nisi de quibus loquebatur: tanqm dicens & uos et illos? Deus ergo & iudeos & gentiles quos prescíuit & predestinauit conformes fieri imaginis filii sui: omnes in infidelitate cõclusit. ut de amaritudine infidelitatis sue penitendo confusi: et ad dulcedinẽ misericordie dei credendo cõuersi: clamarẽt illd ĩ psalmo. Quãmulta multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus te: perfecisti autẽ sperantibus non in se sed in te. Omnium itaq; miseretur: uasoꝝ misericordie quidez omniũ: & eorum scilicet quos ex gentib9 & eorum quos ex iudeis predestinauit: uocauit: iustificauit: glorificauit: nõ oim hominum: sed istorum omniũ neminem damnaturus.

Capitlm .xxv.

Sed iam respondeamus etiam illis: qui non solum diabolo & angelis eius sicut nec isti: sed ne ipsis qdem oibus hominibus liberatiõem ab eterno igne ꝓmictũt. ueꝝ eis tantum qui x̄ baptismate abluti: et corporis eius et sanguinis pticipes facti sunt: quomodolibet uixerint: in quacunq; heresi uel impietate fuerint. Sed cõtra dicit eis apostolus dicens. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sũt fornicatio: immunditia: luxuria: idoloꝝ seruit9: uenefitia: inimicitie: contentiones: emulationes: animositates: discensiones: hereses: inuidie: ebrietates: cõmessatões: & his similia: que p̄dico uobis sicut predixi. quoniam qui talia agunt regnũ dei non possidebũt. Hec profecto apostolica sententia falsa est: si tales post quãtalibet tempora liberati regnum dei possidebũt. Sed quoniã falsa non est: ꝓfecto regnuz dei non possidebũt. Et si in regni dei possessione nunq̃ erunt: eterno supplitõ tenebũtur. quoniã nõ est medius locus ubi nõ sit in supplitio: qui illo nõ fuerit cõstitut9 in regno. Quamobrem quod ait domin9 Ihesus hic ẽ panis qui de celo descendit: si quis ex ipso mãducauerit non morietur: ego sum panis uiuus q de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum: quomõ sit accipiendũ merito queritur. Et ab istis quidem quibus nunc respondemus: hunc intellectum auferũt illi: quibus deinde respõdendum est. Hi sunt autem qui hanc liberationẽ nec oib9 habentibus sacramentum baptismatis et corporis christi: sed solis catholicis q̃uis male uiuentibus pollicẽtur. Quia nõ solũ inquiunt sacramento sed re ipa manducauerunt corpus christi: in ipso scilz eius corpore constituti de quo ait apostolus. Vnus panis unum corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate id est in christianorum compage mẽbrorũ: cuius corporis sacramentum fideles cõmunicantes de altari sumere cõsueuerũt: ipse uere dicendus est manducare corp9 christi: et bibere sanguinem christi. Ac ꝑ hoc heretici et scismatici ab huius unitate corporis separati: possunt idem percipere sacramentum: sed non sibi utile imo uero etiam noxium: quo iudicẽtur grauius q̃ uel tardius liberentur. Non sunt quippe in eo uinculo pacis: quod in illo exp̄mit̃ sacramento. Sed rursus etiã isti qui recte intelligunt nõ dicendũ eum manducare corpus christi qui in corpore nõ est xp̄i: non recte ꝓmictunt eis qui ul' in heresim uel etiam in gentilium supstitionez ex illi9 corporis unitate labuntur: liberationem quandoq; ab eterni igne supplitii. Primo quia debent actendere q̃ sit intollerabile atq; a sana doctrĩa nimis deuiũ: ut multi ac pene omẽs q hereses impias cõdiderit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

exeuntes de catholica ęcclesia et facti sũt
heresiarchę: meliores habeant causas q̃
hi qui nunq̃ fuerunt catholici: cũ ín eorũ
laqueos incidissent: si illos heresiarchas
hoc facit liberari a supplitio sempiterno:
qp ín catholica ęcclesia baptizati sunt: &
sacramentũ corporis christi ĩ uero christi
corpore primitus acceperunt: cum peior
sit utiq; desertor fidei et ex desertore op-
pugnator ei9 effectus: q̃ ille q nõ deseruit
quam nunq̃m tenuit. Deinde quia et his
occurrit apostolus eadẽq; uerba ꝓferẽs:
et enumeratis illis carnis operibus eadẽ
ueritate prędicens: quoniam q talia agũt
regnum dei non possidebunt. Vnde nec
illi ín perditis & damnabilibus morib9
debent esse securi: qui usq; ín finem qdem
uelut ín communione ęcclesię catholicę p-
seuerant: íntuentes quod dictũ est. Qui p-
seuerauerit usq; ín finem hic saluus erit.
& per uitę iniquitatem ipsam uiã iustinę
qđ eis christ9 est derelĩt: siue fornicãdo:
siue alias immunditias flagitiorum quas
nec apostolus exp̃mere uoluit ín suo cor-
pore ꝓpetrando: siue turpitudĩe luxurię
diffluẽdo: siue aliquid aliud eoꝝ agẽdo:
de quibus ait: quoniam qui talia agunt
regnum dei non possidebunt. Ac per hoc
quicunq; agunt talia: nisi ĩ supplitio sem-
piterno non erunt: quia ín regno dei esse
non potuerũt. In his enim perseuerando
usq; ín huius uitę finem: nõ utiq; dicendi
sunt ín christo perseuerasse usq; ín finem.
quia ín christo perseuerare est ĩ eius fide
perseuerare. quę fides ut eam definit ap̃s
per dilectiõem operatã. Dilectio aũt sicut
ipse alibi dicit malũ nõ opatã. Nec isti duo
ergo dicendi sunt manducare corpus x̃:
quoniam nec ĩ membris computandi sũt
christi. Vt enim alia taceam: non possunt
simul esse & mẽbra christi et membra me-
retricis. Denicq; ipse dicens qui mãducat
carnem meam & bibit sanguinẽ meum:
ín me manet et ego ín eo: ostẽdit quid sit
non sacramentotenus sed reuera corpus
christi manducare: et ei9 sanguínẽ bibere.
Hoc est enim ín christo manere: ut ín illo
maneat & christus. Sic enim hoc dixit
tanq̃ diceret. Qui non ín me manet & ín
quo ego non maneo: non se dicat aut ex-
istimet mãducare corpus meũ: aut biber̃
sanguínem meum. Non itaq; manent ĩ x̃:
qui non sunt membra eius. Non sunt aũt
membra christi: q se faciunt membra me-
retricis: nisi malum illud pęnitendo esse
destiterínt: et ad hoc bonum recõciliatõe
redierínt. Capl'm .xxvi.

SEd habent ínquiunt christiani ca-
tholici ín fundamento christum: a
cuius ueritate non recesserunt. tamen et si
huic fundamẽto superędificauerũt quã-
libet pessimaꝝ uitam: uelut ligna: fęnum:
stipulam. Recta itaq; fides per quaꝝ x̃ps
est fundamentum: q̃uis cum damno q̃m
illa quę superędificata sũt exurentur: tñ
poterit eos quandoq; ab illius ignis per-
petuitate saluar̃. Respõdeat eis breuiter
Iacobus apostolus. Si quis dicat se fidẽ
habere opera autem non habeat: nũquid
poterit fides saluare eum? Et qs est ínqũt
de quo dicit apostolus Paulus. Ipse autẽ
saluus erit sic tamen quasi p ignem? Siml'
quis iste sit ínquiramus. Hunc tamẽ non
esse certissimum est: ne duorum ap̃lorum
sententias mictamus ín rixam: Si unus
dicit etiam si mala opera quis habuerit
saluabit eum fides per ignem: alius autẽ;
si opera non habeat nunqd poterit fides
saluare eum. Inueniemus ergo qui possit
per ignem saluari: si príus ínuenerimus
quid sit habere ín fundamento christum.
Quod ut de ipa similitudíne quantotius
aduertamus. nihil ín ędifitio pręponitur
fundamento. Quisquis itaq; sic habet ín
corde christum: ut ei terrena et tempalia;
nec ea quę licita sũt atq; concessa p̃ponat:
fundamentum habet christum. Si autem
pręponit; & si uideatur habere fidem x̃;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non est tamen in eo fundamentum xp̃us, cui talia pręponuntur. Quanto magis si salutaria prącepta contẽpnens cõmictat illicita: etiam non prępositisse christũ sed postpositisse cõuincitur, quẽ post habuit imperantem siue concedentem: dum cõtra eius imperata siue concessa suam per flagitia delegit explere libidinem. Si quis itaq; christianus diligit meretricem: eiq; adherens unum corpus efficitur: iam fũdamentum non habet christum. Si quis autem diligit uxorem suã: si scd̃m xp̃m: quis ei dubitet in fundamẽto esse xp̃m? Si uero scd̃m hoc sęculum: si carnaliter; si in morbo cõcupiscentiaq; sicut & gẽtes quę ignorant deum: etiaq; hoc scd̃m uenią concedit apostolus: imo per apostolum christus. Potest ergo et iste in fundamẽto habere christum. Si enim nihil ei talis affectionis uoluptatisq; pręponat: q̃uis superędificet ligna: fęnum: stipulam: xp̃s est fundamentum. propter hoc saluꝰ erit per ignem. Delinas quippe huiusmodi amoresq; terrenos: propter coniugalem quidem copulam nõ damnabiles: tribulationis ignis exuret: ad quem pertinent ignem: & orbitates et quącũq; calamitates quę auferunt hęc. Ac per hoc ei qui ędificauit erit ędificatio ista damnosa: qa nõ habebit quod superędificauit: & eorum amissione cruciabitur: qbus fruẽdo utiq; lętabatur. Sed per hunc ignem saluꝰ erit merito fundamenti: quia & si utrum id an christum habere mallet a persecutõre prępone retur: se malle christum habere q̃ ista liberrime profiteretur. Vide i apli uerbis hominem ędificantem super fundamentum hoc: aurum: argentũ: lapides prętiosos. Qui sine uxore est inqt: cogitat quę sunt dei quomodo placeat deo. Vide alium ędificantem ligna: fęnum stipulaz. Qui autem matrimonio iũctus ẽ inquit: cogitat quę sũt mũdi quõ placeat uxori. Vniuscuiꝰq; opus q̃le sit manifestabitur.

Dies enim domini declarabit. dies utiq; irę dies tribulationis: qm̃ in igne inquit reuelabitur. Eandẽq; tribulationẽ ignem uocat, sicut alibi legit̃. Vasa figuli pbat fornax: et homines iustos temptatio tribulatiõis. Et uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus pmãserit: permanet enim qd quisq; cogitat quę sunt dei quomõ placeat deo qđ superędificauit: mercedem accipiet: id est unde cogitauit hoc sumet. Si cuius autem opus arserit: damnũ patietur, qm̃ quod dilexerat non habebit. Ipse autem saluus erit quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamen quasi p ignem: Quod enim sine ullimente amore nõ habuit: sine urente dolore non perdit. Ecce q̃ntus mihi uidetur inuentus est ignis: qui nullum eorum damnet, sed unum dicet: alterum damnificet: ambos probet. Si aũt ignem illũ loco isto uoluerimus accipe: de quo dns dicit sinistris. Discedite a me maledicti in ignem ętternum: ut in eis etiã isti esse credantur qui ędificant super fũdamentum: ligna: fęnum: stipula: eosq; ex illo igne post tempus pro malis meritis impartitũ liberet boni meritũ fũdamẽti: quid arbitramur dextros quibus dicet̃ uenite benedicti patris mei possidete patrũ uobis regnum: nisi eos q superędificauerũt super fundamentum: aurum: argentum: lapides prętiosos? Sed in illum ignem de quo dictum est: sic tamen quasi p ignem: si hoc mõ est intelligẽdus: utriq; mictẽdi sũt: & dextri scilicet et sinistri. Illo qppe igne utriq; probandi sunt de quo dictum est. dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur et uniuscuiusq; opus q̃le sit: ignis probabit. Si ergo utrunq; pbabit ignis: ubi si cuius opus permanserit id est non fuerit igne consumptum quod superędificauit: mercedẽ accipiat. si cuiꝰ autem opus arserit: damnum patiatur: profecto nõ est ille ipse ętternus ignis. In

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

illum.n.ſoli ſiniſtri nouiſſima et perpetua damnatione mictentur: iſte aũt dextros probat. Sed alios eorũ ſic probat ut ędificium quod ſuper chriſtum fundamentũ ab eis inuenerit eſſe conſtructum: nõ exurat atq; conſumat: alios autem aliter: id eſt ut quod ſuperędificauerunt ardeat damnũq; inde patiantur: ſalui fiant aũt quoniam chriſtũ in fũdamentũ ſtabiliter poſitum prędilecti caritate tenuerũt. Si autẽ ſalui fient: profecto et ad dexteraz ſtabunt et cum ceteris audiẽt. uenite benedicti patris mei poſſidete paratũ uobis regnum: non ad ſiniſtram ubi illi erũt qui ſalui non erunt. et ideo audient diſcedite a me maledicti in ignem ęternum. Nemo quippe ab illo igne ſaluabitr: quia in ſupplitiũ ęternũ ibunt illi omẽs: ubi uermis eoz non morietur et ignis nõ extinguet. quo cruciabuntur die ac nocte in ſęcula ſęculoruz. Poſt iſtius ſane corpis mortẽ: donec ad illũ ueniatur q poſt rſurrectõez corporum futurus eſt damnanõis et remuneranonis ultimus dies: ſi hoc tempis interuallo ſpiritus defunctorum eiuſmõi ignem dicunt perpeti: quẽ nõ ſentiant illi qui non habuerũt tales mores et amores in huius corporis uita: ut eorum ligna & fęnum et ſtipula conſumat. alii ů ſentiãt qui eiuſmodi ſecum ędifitia portauerunt. ſiue ibi tantuz: ſiue hic et ibi: ſiue ideo hic ut non ibi: ſęcularia q̃uis a damnatione uenialia cõcremantem ignem tranſitorię tribulationis inueniant: non redarguo. quia forſitan ueruz eſt. Poteſt quippe ad iſtam tribulationem pertinere etiã mors ipſa carnis: quę de peccati primi perpetratõne cõcepta ẽ. & ſcdm cuiuſq; ędificiũ tẽpore ſuo ab unoquoq; ſuſcepta. poſſũt et perſecutiones ęcleſię quibus martires coronati ſunt: et quas patiuntur quicũq; chriſtiãi pbãt utraq; ędifitia uelut ignis. & alia conſumũt cũ ipſis ędificatoribus: ſi chriſtũ in eis non inuenĩt fũdamẽtuz: alia ſine ipſis ſi inueniunt: quia licet cum damno ſalui erunt: ipſi non conſumentur propter chriſti uidelicet meritum in fũdamento repti qui manet in ęternũ. Erit enim tribulatõ in fine ſęcli epe Antixpi: qualis nunq̃ antea fuit. quia multa erunt tunc ędifitia ſiue aurea ſiue fęnea ſuper optimũ fundamentum quod eſt chriſtus Ihesus: ut ignis ille probet utraq; & de aliis gaudium de aliis inferat damnum. Neutros tamẽ perdat: in qbus hęc inuẽiet propter ſtabile fũdamẽtũ. Quicũq; autẽ non dico uxorem cuius etiam cõmixtiõe carnis ad carnalem utitur uoluptatem: ſed ipa quę ab huiuſmodi delectationib9 aliena ſunt nomina pietatis: hũano more carnaliter diligendo: chriſto anteponit: non eũ habet in fundamẽto. Et ideo non per ignem ſaluus erit: ſed ſaluus nõ erit. quia eſſe cum ſaluatore non poterit: qui de hac re aptiſſime loquẽs ait. Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me nõ eſt me dignus: & qui amat filiũ aut filiaz ſuper me: non eſt me dignus. Verũ qui has neceſſitudines ſic amat carnaliter: ut tamen eas xpo dño non prędonat: maluitq; ipſis carere q̃ chriſto: ſi ad hũc fuerit articulũ temptationis adducẽ9: per ignẽ erit ſalu9. quia & earũ amiſſione tantum neceſſe eſt urat dolor: quãtum beſerat amor. Porro qui prem: matrẽ: filios: filias: ſcdm xpm dilexerit: ut ad eius regnũ obtinendum eiq; coherendũ illis conſulat: uel hoc in eis diligat q mẽbra ſunt chriſti: abſit ut iſta dilectio reperiatur in lignis: fęno: et ſtipla conſumenda. ſed prorſus ędifitio aureo: argenteo: gẽmeoq; deputabitur. Quomõ autem poteſt eos plus amare q̃ xpm: q̃s amat utiq; ꝓpter xpm? Ca. xxvii.

REſtat eis rndeꝛ: qui dicunt ęterno igne illos tantũmodo arſuros: qui pro peccatis ſuis dignas facere eleoſinas negligunt: propter illud qd ait apoſtol9 Iacobus: iudiciũ autem ſine miſericordia

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

illi qui non fecit misericordiaꝫ. Qui ergo
fecit inquiũt q̃uis non correxerit ꝑditos
mores: sed nefarie ac nequiter inter ip̃as
suas elemosinas uixerit: cũ misericordia
illi futurũ est iuditiũ. ut aut nõ damnet̃
omino: aut post aliqd̃ temp⁹ a damnatõe
nouissima liberet̃. Nec ob aliud existiant
christũ de solo delictu atq; neglectu ele-
mosinaꝝ discretiõem inter dextros et si-
nistros eẽ factuꝝ: q̃ꝝ alios ĩ regnũ alios
in supplitiuꝫ mictet ęternum. Vt autem
quotidiana sibi opinent̃ quę facere oĩno
nõ cessant: qualiacũq; et quantacũq; sint:
per elemosinas dimicti posse pc̃ta: orõnẽ
quam docuit ip̃e dñs: & suffragatricem
sibi adhibere conant̃ et testem. Sicut eniꝫ
nullus est inquiunt dies quo a christiãis
hęc oratio nõ dicatur: ita nullum est quo-
tidianum qualecunq; peccatũ: quod per
illam non dimictat̃: cũ dicimus dimicte
nobis debita nostra: si qd̃ sequitur facere
curemus: sicut et nos dimictim⁹ debito-
ribus nostris. Non enim ait dñs inquiũt:
si dimiseritis peccata hominib⁹: dimictet
uobis pater quotidiana parua peccata:
sed dimictet inquit uobis peccata uestra.
Qualiacũq; ergo uel quantacũq; sint: etiã
si quotidie ꝑpetrent̃: nec ab eis uita disce-
dat in melius commutata: per elemosinaꝫ
uenia non negata: remicti sibi posse prę-
sumunt. Sed bene ꝙ isti dignas pro pc̃tis
elemosinas cõmonẽt eẽ faciẽdas. Quoniã
si dicerent qualescũq; elemosinas ꝓ pc̃tis
quotidianis & magnis: & quantacunq;
scelerum cõsuetudine misericordiã posse
impetrare diuinam: ut ea quotidiana re-
missio sequęretur: uiderent se rem dicere
absurdam atq; ridiculã. Sic. n. cogerent̃
fateri fieri posse: ut opulentissimus homo
.x. denariis diurnis ĩ elẽosinas impẽsis:
homicidia & adulteria & nefaria quęq;
facta redimeret. Quod si absurdissimum
et insanissimũ est dicere ꝓfecto si quęrat̃
quę dignę sint elemosinę pro peccatis: de
quibus etiã christi pręcursor ille dicebat:
facite g̃ fructus dignos pęnitentię: pro-
culdubio non inuenientur eas facere: qui
uitam suam usq; ad mortẽ quotidianoꝝ
criminũ perpetratione confodiũt. Primũ
quia in auferẽdis reb⁹ alienis lõge plura
diripiũt: ex quibus perexigua pauꝑib⁹
largiendo xp̃m se ad hoc pascere existi-
mant: ut licentiam malefactorũ se ab illo
emisse ul' quotidie potius emere credẽtes:
securi damnabilia tãta commictant. Qui
si pro uno scelere omnia sua distribuerẽt
indigentibus mẽbris christi: n̄ desisterẽt
a talibus factis habendo caritatẽ quę nõ
agit perperam: aliquid eis prodesse non
posset. Qui ergo dignas ꝓ suis peccatis
elemosinas facit: prius eas incipit facer̃
a seipso. Indignum est enim ut in se non
faciat qui facit in proximũ: cum audiat
dicentem deum diliges proximum tuuꝫ
tanq̃m teipsum. Itemq; audiat. Miserere
animę tuę placens deo. Hanc elemosinaꝫ
id est ut deo placeat nõ faciẽs animę suę:
quomodo dignas pro peccatis suis facer̃
elemosinas est dicendus? Ad hoc eniꝫ &
illud scriptũ est. Qui sibi malignus ẽ cui
bonus erit? Orationes quippe adiuuant
elemosinę. Et utiq; intuẽdum est quod le-
gimus. Fili peccasti: non aditias iterum:
et de pręteritis tuis depręcare ut tibi di-
mictantur. Propter hoc ergo elemosinę
faciẽdę sunt: ut cũ de pręteritis peccatis
depręcamur exaudiamur: non ut in eis
ꝑseuerãtes licẽtiam malefaciendi nos per
elemosinas compare credamus. Ideo aũt
dñs et dextris elemosinas ab eis factas:
& sinistris non factas se imputatuꝝ esse
prędixit: ut hinc ostenderet q̃ntũ ualeãt
elemosinę ad priora delẽda: non ad per-
petua impune cõmictẽda peccata. Tales
autem elemosinas non dicendi sũt facer̃:
qui uitam nolunt a consuetudine sceleruꝫ
in melius commutare. Quia & in hoc qd̃
ait: quãdo uni ex mĩmis meis nõ fecistis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mihi non fecistis: ostendit eos non facere etiam quando se facere existimant. Si.n. christiāo esurienti panem tanq̄m christo darent: profecto sibi panē iustitię quod ipse christus est non negarent. Quoniam deus non cui detur sed quo animo detur actendit. Qui ergo christū diligit in xp̄iano: hoc animo ei porrigit elemosinā quo accedit ad christum. nō quo uult recedere impunitus a christo. Tanto enim magis quisq; deserit christum: quanto magis diligit quod improbat christus. Nam qd cuiq̄ prodest ꝙ baptizat̄ si nō iustificat̄? Nonne qui dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnū dei: ipse etiā dixit nisi abūdauerit iustitia uestra sup scribarꝝ & phariseorū: non intrabitis in regnum cęlorum? Cur illud timendo multi curant baptizari: & hoc non timendo non multi curant iustificari. Sicut ergo non dicit fr̄i suo fatue: qui cum hoc dicit non ip̄i fraternitati sed peccato eius infensus est: alioquin reus erit gehennę ignis: ita ecōtrario qui porrigit elemosinam christiano: non xp̄iano porrigit qui non in eo diligit christū. nō autem diligit christum qui iustificari recusat a christo. Et quemadmoduꝫ si quis pręoccupatus fuerit in aliqno delicto: ut fratri dicat suo fatue: id est non ei⁹ pc̄tm uolens auferre: conuincit̄ iniustitię: paꝝ est illi ad hoc redimendū elēosinas facer̄: nisi etiam quod ibi sequitur remediū reconciliationis adiungat. Ibi enim seqtur. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordat⁹ fueris qa frater tuus habet aliquid aduersum te: relinquę ibi munus tuum ad altare et uade prius recōciliari fratri tuo: et tunc neniens offeres munus tuum: ita parū est elemosinas quātaslibet facere pro quocunq; scelere: et in consuetudine scelerum permanere. Oratio uero quotidiana quam docuit ipse dn̄s: unde & dn̄ica nomiatur: delet qdem q̄tidiana peccata cuꝫ q̄tidie dicitur: dimicte nobis debita nostra. quando id quod sequit̄ nō solum dicitur sed etiā fit: sicut et nos dimictimus debitoribus nostris. Sed quia fiunt peccata: ideo dicit̄: non ut ideo fiāt quia dicitur. Per hanc.n. uoluit saluator ostendere: quantūlibet iuste in hui⁹uitę caligine atq; īfirmitate uiuam⁹: nō nobis deesse peccata pro qbus dimictendis debeamus orare: & eis qui in nos peccant ut et nobis ignoscat̄ ignoscere. Non itaq; propterea dn̄s ait: Si dimiseritis hōibus peccata dimictet uobis pr̄ uester peccata uestra: ut de hac oratōe confisi securi quotidiana scelera faceremus: uel potentia q̄ non timeremus hominū leges: ul' astutia qua ipsos hoīes falleremus: sed ut p illā disceremus nō putare nos esse sine pc̄tis: etiam si a criminibus essemus immunes. sicut etiā legis ueteris sacerdotes hoc ip̄m deus de sacrifitiis admonuit: q iussit eos primum pro suis deinde ꝓ populi offerr̄ peccatis. Nam etiā ipsa uerba tanti mgr̄i & domini nostri uigilanter intuēda sūt: Non enim ait si dimiseritis peccatuꝫ hominibus: et pater uester dimictet uobis qualiacunq; peccata: sed ait peccata ur̄a. Quotidianaꝫ quippe orationem docebat: & iustificatis utiq; disciplis loquębatur. Quid est ergo peccata uestra nisi peccata sine quibus nec uos estis qui iustificati & sanctificati estis? Vbi ergo illi qui p hāc orationem occasionem perpetrandorum scelerum quotidie quęrūt: significasse dicunt dominum etiam magna peccata. qm̄ non dixit dimictet uobis peccata parua: sꝫ pc̄ta ur̄a: ibi nos cōsiderantes q̄lib⁹ loquębat̄ & audiētes dictū pc̄ta ur̄a: nihil aliud debemus existimare q̄ parua: quoniam talium iā non erant magna. Verūtn̄ nec ipsa magna a quibus omīno mutatis in melius morib⁹ recedēdū est dimictunt̄ orantibus: nisi fiat quod ibi dicit̄ sicut & nos dimictimus debitoribus nostris. Si

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

enim mínima peccata ſine q̃bus nõ etiam eſt uita íuſtoꝝ aliter nõ remictunt: q̃nto magis multis et magnis crimínibus ín uoluti etiam ſi ea perpetrare iam deſinãt: nullam índulgentiã conſequuntur: ſi ad remictendũ aliis quod ín eos quíſq; peccauerit ínexorabiles fuerínt: cum dicat domínus: ſi autem non dimiſeritis p̃cta hominibus nec pater ueſter dimictet uobis. Ad hoc enim ualet q̃d etiam Iacob⁹ apoſtolus ait. Iudicium futuruꝝ ſine miſericordia illi q̃ non fecit miſericordiam. Venire quippe debet ín mentem etiam ſeruus ille: cui debitori domínus ſuus relaxauit decem milia talẽtoꝝ: quę poſtea íuſſit ut redderet. quia ipſe non miſertus eſt cõſerui ſui qui ei debebat centum denarios. In his ergo q̃ filii ſunt ꝓmiſſionis & uaſa miſericordię: ualet quod ait idẽ apoſtolus conſequenter adiungens: ſuperexaltat autem miſericordia iudicioꝝ. Quoniam et illi íuſti qui tanta ſanctitate uixerũt: ut alios quoq; recipiãt ín tabernacula ętterna: quibus amici facti ſunt de mammona íniquitatis: ut tales eẽnt: miſericordia liberari ſũt ab eo qui íuſtificat ímpium: ímputans mercedem ſcd̃m gratiam nõ ſcd̃m debitum. In eorum quippe numero eſt apoſtolus qui dicit. Miſericordiam conſecutus ſum ut fidelis eſſem. Illi autem qui recipiuntur a talibus ín tabernacula ętterna: fatendum eſt ꝙ non ſint his moribus prędíti: ut eis liberandis ſine ſuffragio ſanctorũ ſua poſſit uita ſufficere. ac per hoc multo amplius ín eis ſuperexaltet miſericordia íudicioꝝ. Nec tamen ideo putandus eſt quiſq̃m ſceleratiſſimus nequaq̃m uita uel bona uel tolerabiliore mutatus: recipi ín tabernacula ętterna: quoniam obſecutus eſt ſanctis de mammona íniquitatis: id eſt de pecunia uel díuitiis quę male fuerant adq̃ſitę: aut etiam ſi bene non tamen ueris: ſed quas íniquitas putat eẽ díuinas: quoniã neſcit quę ſint uerę díuitię: quibus illi abundãt qui et alios recipiant ín tabernacla ętterna. Eſt itaq; quidã modus uitę: nec tam malę ut his qui eaꝝ uiuũt nihil proſit ad capeſſendum regnum celorum: largitas elemoſinarum q̃bus etiam íuſtorũ ſuſtẽtatẽ ínopia. et fiunt amici q̃ ín tabernacla ętterna ſuſcipiãt: nec tam bonę ut ad tantam beatitudínem adipiſcendam eis ipa ſuffiuat: miſi eorum meritis quos amicos fecerínt miſericordiam conſequantur. Mirari autem ſoleo etiam apud Virgiliũ iſtam dñi reperiri ſententiam: ubi ait facite uobis amícos de mãmona íniq̃tatis: ut et ipi recipiãt uos ĩ tabernacla ętterna: cui⁹ eſt illa ſimillima. Qui recipit ꝓphãm ín nomíne prophetę: mercedem ꝓphetę accipiet: et qui recipit íuſtum ín nomíne íuſti: mercedem íuſti accipiet. Nam cum elyſeos campos poeta ille deſcriberet: ũ putant habitare animas beatorum: non ſolum ibi poſuit eos qui propriis meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt: ſed adiecit atq; ait. Quiq; ſui memores alios fecere merendo: id eſt qui promeruerunt alios eoſq; ſui memores promerendo fecerunt. Prorſus tanquam eis diceret q̃d frequentatur ore chriſtiano: cum ſe cuiq; ſanctorum humilis quiſq; commendat: et dicit memor eſto mei: atq; ut id eſſe poſſit promerẽdo efficit. Sed quis iſte ſit mod⁹: et quę ſint ipſa peccata quę ita impediunt peruentionem ad regnum dei: ut tamen ſanctorum amicorum meritis impetrent índulgẽtiam: difficillimum eſt ínuenire: periculoſiſſimum diffinire. Ego certe uſq; ad hoc tempus cum índe ſatagerem: ad eorum índagínem peruenire non potui. Et fortaſſis propterea latent: ne ſtudium profitendi ad omnia peccata cauẽda pigreſcat. Quoniam ſi ſcirẽtur quę uel q̃lia ſint delicta ꝓ quibus etiam permanẽtib⁹: nec prouectu uitę melioris aſſumptis: interceſſio ſit ínquirẽda et ſperanda ſctoꝝ:

audatia id est peccatũ: alterũ de iuditio dei id est supplitium: iam satis diximus. Nunc de bonis dei quę ip̃i quoq; uiciatę damnatęq; naturę cõtulit: siue usq; nũc cõfert: dicere institui. Neq; enĩ dãnando aut totum abstulit q̃d dederat: alioquin nec esset oĩo: aut remouit a sua potestate etiaz cum diabolo pęnaliter subdidit: cũ nec ip̃m diabolũ a suo alienauerit impio: q̃ndoq̃dẽ ut ip̃ius quoq; diaboli natura subsistat: ille facit q̃ sũme est: et facit esse quidq̃d aliquo modo ẽ. Duum igit̃ illorũ quę diximus bona: etiam in natura pc̃to uiciata supplitioq; damnata: de bõitatis eius quodã ueluti fonte manare p̃pagationem: in p̃mis mundi op̃ibus benedcõe largitus est: a q̃bus op̃ibus die septimo reqeuit. Confirmatio uero ĩ illo ei⁹ opere est: quousq; nunc op̃atur. Efficacem q̃ppe potentiam suam si rebus subtrahat: nec p̃gredi poterũt & suis dimensis motib⁹ p̃agere temp̃a: nec prorsus ĩ eo q̃ creatę sunt aliq̃tenus p̃manebunt. Sic g̃ creauit hoĩem deus: ut illi adderet fertilitatem q̃ndam qua alios homines propagaret: congenerans eis etiã ipsam propagandi possibilitatem: non necessitatem. Quibus tam̃ uoluit hõibus abstulit eam deus: et steriles fuerũt. Non tamen generi hũano abstulit semel datã p̃mis duob⁹ cõiugib⁹ bñdictõnem generandi. Hęc g̃ p̃pagatio quãuis pc̃to ablata non fuerit: non tamẽ etiam ipsa talis est: qualis fuisset si nemo peccasset. Ex quo enĩ hõ in honore posit⁹: posteaq̃ deliquit comp̃atus est pecorib⁹: similiter generat. Non in eo tamẽ penitus extincta ẽ quędam uelut scintilla rõnis: in qua factus est ad imaginem dei. Huic autẽ propagatõi si conformatio non adhiberetur: nec ip̃a in sui generis formas modosq; p̃cederet. Si eniz nõ cõcubuissẽt hoĩes: et nihilomin⁹ deus uellet impleret terras hõibus: quomõ creauit unum sine cõmixtiõe maris & fęmĩę: sic posset oẽs:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

concumbentes uero nisi illo creante generantes eē non possunt. Sicut g̊ ait apl's de institutōne spiritali qua hō ad pietatē iustitiāq; format̄: neq; q plantat est aliqd neq; q rigat: sed q incremētum dat deus. Ita etiā hic dici pōt: nec q concūbit nec q seminat est aliqd: sed q format deus. Nec mater quę conceptum portat & partum nutrit est aliqd: s; q incrementū dat d̄s. Ipe nanq; opatione qua uūc usq; opatur: facit ut numeros suos explicent semina: et a qbusdam latentib9 atq; inuisibilibus inuolucris ī formas uisibiles hui9 quod aspicim9 decoris euoluāt. Ipe incorpeam corpeamq; naturam: illā prępositā istam subiectam: miris modis copulans & cōnectens aīmātem facit. Quod opus eius tam magnū et mirabile est: ut non solū in hoīe qd̄ est aīal rōnale: et ex hoc cunctis terrenis aīantibus excellentius atq; prę-stantius: s; in q̄libet minutissima muscula bene cōsideranti stuporē mentis ingerat: laudemq; pareat creatoris. Ipe itaq; aīę hūanę mentē dedit: ubi rō et intelligētia in infante sopita ē quodāmō q̄si nulla sit: excitāda scilicet atq; exercēda ętatis accessu: qua fit sciētię capax atq; doctrinę: et habilis perceptiōi ueritatis & amoris boni. Qua capacitate hauriat sapientiā: uirtutibusq; sit prędita: qbus prudēter: fortiter: temperanter & iuste: aduersus error̄s & cętera ingenerata uitia dimicet: eaq; nullius rei desiderio nisi boni illius sūmi atq; incōmutabl'is uincat. Quod & si non faciat ipa taliū bonoꝝ capacitas in natura rōnali diuinit9 instituta: q̄tum sit boni q̄ mirabile opus oīpotētis qs cōpetenter effatur aut cogitat? Pręter enim artes bene uiuendi: et ad īmortalem perueniendi fęlicitatem: quę ūtutes uocant̄: et sola d̄i gr̄a quę in x̊ est filiis ꝓmissiōis regniq; donant̄: nōne hūano ingenio tot tantęq; artes sunt inuentę & exercitatę: ꝑtim necessarię: ꝑtim uoluntarie? Et tam excellens uis mentis atq; rationis: in his etiā rebus quas supfluas imo & piclosas ꝑnitiosasq; appetit: q̄ntū bonū habeat in natura unde ista potuit uel inuenire: uel discere: uel exercere: testat̄. Vestimētoꝝ et ędificioꝝ ad q̄ mirabilia q̄stupenda industria hūana ꝑuenerit: q̊ in agricultura: q̊ in nauigatōe ꝓfecerit: quę ī fabricatōe q̊rūq; uasoꝝ ul' etiā statuarū & picturaꝝ uarietate excogitauerit & īpleuerit: quę in theatris mirabilia spectantibus: audientib9 incredibilia faciēda & exhibenda molita sit: in capiendis: occidendis: domandis irrōnabilib9 aīantib9: quę et q̄ta repperit: aduersus ipos hoīes tot genera uenēoꝝ: tot armorū: tot machīamētoꝝ: et pro salute mortali tuēda atq; repanda quot medicamēta atq; adiumēta cōprę-hēderit: pro uoluptate fautiū quot condimenta & gulę incitamēta repperit: ad iudicandas & suadendas cogitatōnes q̄ multitudinē uarietatēq; signoꝝ: ubi prę-cipuum locum uerba & literę tenent: ad delectādos aīos quos elocutoīs ornat9; q̄ diuersoꝝ carminū copiā: ad mulcēdas aures quot organa musica: quos cātilenę modos excogitauerit: q̄ntam ꝑitiam dimēsionū atq; nūeroꝝ: meatusq; et ordīes siderū quanta sagacitate cōprehenderit: q̄ multa rerū mūdanarū cogitata cog̊ntōe se impleuerit qs possit eloqui: maxime si uelimus nō aceruatim cūcta cōgerere: s; in singulis īmorari? In ipsis postremo erroribus & flitatib9 defendēdis: q̄ magna claruerint ingenia ph̄oꝝ atq; hereticoꝝ qs existimar̄ sufficiat? Loqmur. n. nūc de natura mētis hūanę: q̄ ista uita mortalis ornatur: nō de fide atq; itinere ueritatis qua illa īmortalis adqritur. Huius tantę naturę cōditor cū sit utiq; deus uerus & sūmus: ipso cūcta quę fecit admīstrante: et sūmam ꝑtātem sūmāq; hn̄te iustitiam: nunq̄m ꝓfecto ī has miserias decidisset: atq; ex his pręter eos solos q liberabunt̄

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ím ęternas eſſet ıtura: miſi mimis grande
pc̃tm ím hoīe p̄mo de q̃ ęteri exorti ſunt
pręceſſiſſet. Iam ů ím ıp̄o corpe q̃uis nob
ſit cũ bęluis mortalitate cõe: multiſq; eaȝ
repiaẽ ímfirmíus: q̃nta dei bonitas: q̃nta
ꝓuidentıa tanti creatoris appet̃. Nonne
ıta ſunt ī eo loca ſenſuũ & ętera membra
diſpoſita: ſpeciesq; ıp̄a ac figura et ſtatura
totıꝰ corpis ıta modificata: ut ad mīſteri-
um aīę rōnalis ſe ímdicet factũ̃. Non.n.
ut aīalıa rōnis expertıa ꝓna eē uídemus
ím terram: ıta creatus ē hō: ſ; erecta ī ęlũ
corpis forma admonet eũ quę ſurſũ ſunt
ſapere. Porro mira mobilitas quę linguę
ac mãibus actributa eſt: ad loq̃dum &
ſcribendũ apta atq; cõueniens: et ad opa
artíũ plímaȝ officıorũq; cõplenda: nõne
ſatis oñdit q̃li aīę ut ꝓuíret tale ſit corpꝰ
adiunctũ̃. Quanq̃ et detractis neceſſita-
tibus opandi: ıta oīm ꝓium congruentıa
numeroſa ſit & pulcra ſibi paritate rñ-
deat: ut neſcias utrũ ím ea cõdẽda matoꝛ
ſit utilitatis habita ratõ q̃ decoꝛis. Certe
eniȝ mhil creatũ uidemus ím corpe utili-
tatis cã: qđ non habeat etiã decoꝛis locũ.
plus aũt ıd nobis appareret: ſi numeros
mẽſuraȝ q̃bus ímter ſe cũcta cõnexa ſunt
et coaptata nóſſemus, quos forſitan data
opa ím hıs quę foꝛis emm̃ẽt bũana poſſet
ímueſtigare ſolertıa. Quę ů recta ſũt atq;
a nr̃is remota cõſpectibus: ſicut eſt tanta
pplexitas uenarũ atq; neruoȝ: et uíſcerũ
ſecreta uitaliũ: ímuenire nullus põt. Quia
& ſi medicoȝ diligentıa nõnlla crudelis:
quos anathomicos uocãt laníauit corpa
mortuoȝ: ſiue etiã ímter manꝰ ſecantıs &
pſcrutãtis moriẽtíũ: atq; ī carnıbꝰ bũanis
ſatis ímbũane abdita cũcta rímata eſt: ut
q̃d & quõ et q̃bꝰ locis curandũ eẽt addiſ-
ceret: numeros tñ de q̃bus loquor: q̃bus
coaptatıo quę armonıa grece dr̃: tanq̃m
cuiuſdã organi extrímſecus atq; ītrímſecꝰ
totıus corpis conſtat. Quid dicã̃. Nemo
ualuit ímuẽire: q̃s nemo ausus ẽ quęrere.

q̃ ſi non eſſe potuíſſent: ímteriorıbꝰ quoq;
uiſceribꝰ quę nullũ oſtẽtant decus ıta de-
lectaret pulcrıtudo rõnis: ut oīní formę
appetı quę oclis placet: ıp̄íus mẽcis quę
oculis utiẽ prę̃ferreẽ arbitrio. Sunt uero
quędã ıta poſita ī corpe: ut tm̃mõ decorẽ
hẽant nõ etiã uſũ. ſicut habet pectꝰ uírile
mamillas: ſicut fanes barbã: quã non eẽ
munimẽto ſ; uírili ornamento: ímdicant
purę fanes fęmíaȝ: quas utiq; ífirmioꝛs
mumiri tutíus cõuemret. Si ergo nullum
membrum ẽ ím hıs qdem cõſpicuís: unde
ambigit nemo q̃ ıta ſit alicuí operi accõ-
modatũ: ut non etiã ſit decorũ: ſunt autẽ
nõnlla quoȝ ſolũ decus & nullus ẽ uſus:
puto facile ímtelligi ím conditõe corporis
dig̃tatem neceſſitatı fuiſſe prę̃latã. Tran-
ſitura ẽ q̃ppe neceſſitas: rpuſq; uentuȝ q̃ñ
ſola ímuicem pulcrıtudíe ſinę ulla libidíe
pfruamur: qđ maxíe ad laudem referẽ-
dum eſt conditoris: cui dicíẽ ím pſalmo.
Confeſſionẽ & decorẽ índuiſti. Iã ęterna
pulcrıtudo & utilitas creaturę: quę hõı
licet ím iſtos labores miſeriaſq; proiecto
atq; damnato: ſpectãda atq; ſumẽda díuía
largitate cõceſſa ẽ. Quo ſermõe termíarı
põt: ím ęlı & terrę et maris multimoda
et uarıa pulcrıtudíe: etiã ıp̄íus lucis tãta
copıa: tamq; mírabli ſpẽ ím ſole ac luna et
ſideribus: ím opacitatibꝰ nemoȝ: ím colo-
ribus et odoribus floȝ: ím díuerſitate ac
multıtudíe uolucrũ garrulaȝ atq; pícta-
rum: ím multıformi ſpene tot tãtarumq;
aīantíũ: quoȝ illa plus hñt admiratõnis
quę molis mínimũ: plus enī formiculaȝ
et apiclaȝ opa ſtupemꝰ: q̃ ímenſa corpa
balenaȝ ím ıp̄íus quoq; maris tã grandi
ſpectaculo: cũ ſeſe díuerſis coloribꝰ uelut
ueſtibus índuit: et aliq̃ uíride: atq; hoc
multis moīs: aliq̃ purpureũ: aliq̃ ceru-
leum eſt̃. Quã porro delectabĺıter ſpectãt̃
etiaȝ q̃ncunq; turbatur: & fit ímde maioꝛ
ſuauıtas: qa ſic demulcet ímtuẽtem: ut nõ
taceat & q̃nat nauigãtem̃. Quid ciborũ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

usq; quaq; copia cōtra famem: qd sapoꝝ diuersitas cōtra fastidiū naturę diffusa diuitus: nō cocoꝝ arte ac laborē quęsita? Quāta ī multis rebꝰ tuendę ac recupādę salutis auxilia: q̄m grata uicissitudo diei alternantis et noctis: aurarum q̄ blanda tempies: in fruticibꝰ et pecoribꝰ indumētorum cōfitiendoꝝ q̄nta materies: om̄ia cōmemorare qs possit? Hęc aūt sola quę a me uelut in q̄dam aggerē sunt coartata: si uellem uelut colligata inuolucra soluer̄ atq; discutere: q̄nta m̄ mora eēt in singl̄is qbus pl̄ima cōtinent̄? Et hęc oīa miseroꝝ sūt dānatorūq; solatia: nō pręmia btōꝝ. Quę ḡ illa sunt: si tot ac talia & tanta sūt ista? Quid dabit eis quos prędestinauit ad uitā: q hęc dedit eis q̄s prędestinauit ad mortem? Quę bona in illa beata uita faciet eos sumere: pro qbus ī hac miseria unigenitū filiū suū uoluit usq; ad mortē mala tanta pferre? Vnde apl̄s de ip̄is in illud regnum prędestinatis loquēs. Qui ꝓp̄o inq̄t filio nō pepcit: s; ꝓ nobis oībus eū tradidit: quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit? Cum hęc ꝓmissio cōplebit̄: qd erimus: q̄les erimꝰ: quę bona ī illo regno accepturi sumus: qñ qdem x̄ moriente ꝓ nobis tale iā pignus accepimus? Qualis erit sp̄us hoīs nullū oīo habēs uiciū: nec sub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra qd̄ saltem laudabl̄iter dimicet: pacatissīa ūtute pfcūs? Rerū ibi oīm q̄ta q̄ speciosa q̄certa scientia: sine aliq̄ errore ul̄ labore: ubi dei sapīa de ip̄o suo fonte potabit̄ cū sūma fęlicitate: sñ ulla difficultate? Quale erit corpꝰ qd̄ oīmō sp̄ui subditum: et eo suffitienter uiuificatum: nullis alimoniis indigebit: non enī aīale sed spiritale erit: habens qdem carnis sed sine ulla carnali corruptōe substātiam? Capl̄m .xxv.

VErū de aīmi boīs qbus post hanc uitā beatissimꝰ pfruet̄: nō a nobis dissentiūt ph̄i nobiles: q de carnis resurrectōne contendūt. Hanc quantū possūt negant: s; credētes multi negantes paucissīos reliquęr̄t: et ad xp̄m q hoc qd̄ istis uidet̄ absurdū in sua resurrectōne monstrauit: fideli corde cōuersi sunt docti & indocti: sapiētes mūdi et insipiētes. Hoc enī credidit mūdus: qd̄ prędixit deus. q̄ etiā hoc p̄dixit: ꝙ hāc rem mūdus fuerat crediturus. Neq; .n. Petri malefitiis eā cū laude credentiū tanto añ pręnuntiare cōpulsus est. Ille est enī deus: quē sicut iam dixi aliq̄tiens nec cōmemorare me piget: cōfitente Porphirio atq; id oraculis d̄oꝝ suoꝝ ꝓbare cupiente: ip̄a numina ꝑhorrescūt. Quē sic laudauit: ut eum et deum p̄rem et regem uocaret. Absit enim ut sic intelligēda sint quę prędixit: quō uolūt hi q hoc cū mūdo nō credider̄t: ꝙ mūdū crediturū esse prędixit. Cur enī nō potiꝰ ita sicut crediturus tanto añ prędcūs est mūdus: nō sicut paucissimi garriūt: q cū hoc mūdo ꝙ creditur̄ prędcūs ē credere noluerunt? Si enī ꝓpterea dicūt alio mō eē credenda: ne si dixerint uana eē conscp̄ta: iniuriā faciāt illi deo cui tā magnū ꝑhibent testimoniū: tantā ꝓrsus ei ul̄ etiā grauiorē faciūt iniuriā: si aliter dicūt eē intelligēda: non sicut mūdus ea credidit quē crediturū ipse laudauit: ip̄e ꝓmisit: ip̄e compleuit. Cur enī non pōt facere ut resurgat caro & uiuat in ęternum? An ꝓpterea credendū non ē id eū esse fcūꝝ: quia malū est atq; indignū deo? Sed de oīpotentia eiꝰ quę tot et tanta facit incredibilia: iā multa diximꝰ: si uolūt inuēire qd̄ oīpotens non pōt: habent. ꝓrsus ego dicam: mentiri non pōt. Credamus ḡ qd̄ pōt: non credendo qd̄ non pōt. Non itaq; credētes ꝙ mētiri possit: credāt eē fcūꝝ: qd̄ factuꝝ esse ꝓmisit. Et sic credant sicut id credidit mūdus: quē crediturum esse prędixit: quē crediturū esse laudauit: q̄ crediturꝝ eē promisit: quē credidisse iam ostendit: hoc aūt malū esse unde demonstrauit. Non erit illic ulla corruptio: qd̄ ē

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

corporis malum. De ordine elementoruꝫ iam disputauimus: de aliis hominẽ coniecturis satis diximus. Quãta sit futura in corpe incorruptibili facilitas motus: de pręsentis ualitudis bonę tẽpamento: quę utiq; nullo modo illi comparanda est immortalitati: ĩ libro. xiii. satis ut opĩor ostẽdimus. legant supiora operis huius: qui uel non legerunt: uel nolunt recolere quod legerunt. Capitl'm .xxvi.

SEd Porphirius ait inqunt: ut btã sit aĩa corpus om̃e esse fugiẽdum. nihil g̃ ꝓdest qa incorruptibile diximus futurum corpus: si aĩa beata nõ erit nisi corpus om̃e effugerit. Sed iam et hinc in libro mẽorato quãtũ oportuit disputaui. uerũ hic unũ inde tantum cõmemorabo. Emendet libros suos istoꝝ oĩm magister Plato: et dicat eoꝝ deos ut beati sint sua corpora fugituros: id est esse morituros: quos in cęlestib⁹ corpibus dixit inclusos. Quibus tamẽ deus a quo facti sunt: quo possent esse securi ĩmortalitatem id est in eisdem corporibus ęternam ꝑmansioẽm: non eoꝝ natura id habente sꝫ suo consilio pręualente ꝓmisit. Vbi etiã illud euertit quod dicunt. quoniã est impossibile ideo resurrectõnem carnis non eẽ credẽdam. Apertissime quippe iuxta eundem ph̃m: ubi diis a se factis ꝓmisit deus nõ factus immortalitatẽ: quod ĩpossibile est se dixit esse facturũ. Sic enĩ eum locutum narrat Plato. Quoniã estis orti inqt: ĩmortales esse & dissolubiles non potestis. Non tñ dissoluemini: neq; uos ulla mortis fata piment: nec erunt ualentiora q̃ consilium meũ: qđ maius est uinculũ ad ꝑpetuitatẽ uestram: q̃ illa qbus estis colligati. Si non solum absurdi sed surdi non sunt qui hęc audiũt: non utiq; dubitant diis factis ab illo deo q eos fecit: scđm Platonem quod est impossibile fuisse ꝓmissum. Qui enim dixit: uos quidem ĩmortales esse non potestis: sed mea uolũtate ĩmortales eritis: qd aliud dicit: q̃ id quod fieri non potest me faciente tamẽ eritis? Ille igit̃ carnem incorruptibilem: ĩmortalem: spiritualeꝫ: resuscitabit: qui iuxta Platonem id quod impossibile est se esse facturum promisit. Quid adhuc quod promisit deus: ꝙ deo promictenti credidit mũdus: q etiam ipe promissus est crediturus: esse impossibile clamant: q̃ndoqdem nos deũ q etiã scđm Platonem facit ĩpossibilia: id facturũ esse clamamus? Non ergo ut beatę sint aĩmę corpus est omne fugiendum: sed corpus incorruptibile recipiẽdum. Et in quo cõuenientius incorruptibli corpe lętabunt̃: q̃ in quo corruptibili gemuerũt? Sic eniꝫ non ĩ eis erit illa dira cupiditas quã posuit ex Platõe Virgilius ubi ait. Rursus et incipient in corpa uelle reuerti. Sic inq̃ cupiditatem reuertendi ad corpora non habebũt: cũ corpora ĩ quę reuerti cupiũt secum habebũt: et sic habebũt ut nunq̃m non habeant: nunq̃m ea prorsus uel ad exiguum quamlibet tempus ulla morte deponant. Capitl'm .xxvii.

SIngula quędã dixerũt Plato atq; Porphirius. quę si inter se cõicare potuissent: facti essent fortasse christiani. Plato dixit sine corpibus aĩas in ęternũ esse non posse. Ideo enĩ dixit etiã sapientium aĩmas post q̃mlibet lõgum tempus tamen ad corpora redituras. Porphirius aũt dixit: aĩam purgatissimã cũ redierit ad patrem: ad hęc mala mũdi nunq̃m eẽ rediturã. Ac ꝑ hoc qđ uerũ uidit Plato: si dedisset Porphirio: etiã iustorum atq; sapiẽtium purgatissimas aĩas ad hũana corpora redituras. rursus qđ uerũ uidit Porphirius: si dedisset Platoni: nunq̃m r̃dituras ad miserias corruptibl'is corpis aĩmas sanctas: ut nõ singuli hęc singula: sed ambo ut singuli utrũq; dicerẽt: puto ꝙ uiderent esse iam consequens: ut et redirent aĩmę ad corpora: et talia recipent corpora: ĩ qbus beate atq; immortaliter

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uiuerent. Quoniam ꝑm Platonem etiam aīmę sanctę ad hūana corpora redibūt: scd̄m Porphirium ad mala mūdi huius sanctę aīmę nō redibūt. Dicat itaq; cum Platone Porphirius: redibūt ad corpa. dicat Plato cū Porphirio: non redibunt ad mala: et ad ea corpa redire cōsentiēt: in q̄bus nulla patiant̄ mala. Hęc itaq; nō erunt nisi illa quę promisit deus: beatas aīmas in ęternum cum sua ęterna carne facturus. Hoc eniz q̄ntum existimo iam facile nobis cōcederent ambo: ut q̄ fatere-rētur ad immortalia corpora redituras aīmas esse sanctorum: ad sua illas redire permicterent: in q̄bus mala huius sęculi pertulerunt: in q̄bus deum ut his malis carerent pie fideliterq; coluerunt.

NOnnulli nostrū propter quoddam pręclarissimuz loquendi genus: et propter nōnulla quę ueraciter sensit: amātes Platonem dicūt eū aliq̄d simile nobis etiā de mortuorum resurrectōe sensisse. Quod q̄dem sic tāgit in libris de rep̄blica Tullius: ut eū lusisse potius q̄ ꝙ id uerū esset affirmādo dicer̄ uoluisse. Inducit eniz hoīem reuixisse: et narrasse quędam quę platonicis dispu-tatōnibus congruebant. Labeo etiā duos dicit uno die fuisse defūctos: et occurrisse inuicem in quodam compito. Deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare: et con-stituisse inter se amicos se esse uicturos: atq; ita eē factū donec postea morerent̄. Sed isti auctores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarūt: quales fuerunt eoꝝ quos resurrexisse nouimus: et huic q̄dem redditos uitę: sz non eo mō ut non morerentur ulterius. Mirabilius autē quoddam Marcus Varro ponit in libris quos conscp̄sit de gente populi ro-mani: cuius putaui uerba ip̄a ponenda. Genethiliaci q̄dam scp̄serunt inq̄t: esse in renascēdis hōibus quā appellant palin-genesiam: gręci hanc scripserūt confici in annis numero quadringētis q̄dragīnta. ut idem corpus & eadem aīa quę fuerāt cōiuncta in hoīe aliquādo: eadem rursus redeant in cōiunctōem. Iste Varro q̄dem siue genethiliaci illi nescio q̄: nō eniz noīa eoꝝ prodidit quoꝝ cōmemorauit sentē-tiam: aliq̄d dixerūt quod licet falsum sit: cū enī semel ad eadem corpa quę gesserūt animę redierunt: nunq̄m ea postea sunt relicturę: tamen multa illius īpossibilitas quę contra nos isti garriunt argumenta cōuellit & destruit. Qui eniz hęc sentiunt siue senserunt: non eis uisum est fieri non posse: ut dilapsa cadauera: in auras: in puluerē: in cinerē: in humores: in corpa uescētium bestiaꝝ: uel ip̄oꝝ quoq; hoīm: ad id rursus redeant quod fuerūt. Qua-propter Plato et Porphirius: uel potius q̄cunq; illos diligunt & adhuc uiuunt: si nobis consentiunt: etiā sanctas aīmas ad corpa redituras sicut ait Plato: nec tamē ad mala ulla redituras sicut ait Porphi-rius: ut ex his fiat consequēs quod fides prędicat xp̄iana: talia corpa recepturas in quibus sine ullo malo ī ęternū fęliciter uiuant. Assumant etiā hoc de Varrone: ut ad eadem corpora redeant in quibus antea fuerūt: et apud eos tota quęstio de carnis in ęternū resurrectōne soluetur.

NVnc iam quid acturi sint in corpib⁹ immortalib⁹ atq; sp̄ualib⁹ sancti: nō adhuc eoꝝ carne carnaliter sed sp̄ualiter iā uiuente: q̄ntuz dominus dignatur adiuuare uideamus. Et illa q̄dem actio uel potius quies atq; otium: q̄le futurū sit si uerū uelim dicere nescio. Non enī hoc unq̄m p̄ sensus corpis uidi. Si autem mente id est intelligentia uidisse me dicam: q̄ntum est aut quid est nostra intelligentia ad illā excellentiam? Ibi est eniz pax dei quę sicut dicit aposto-lus supat omnē sensum uel intellectū. quē nisi nostrum: aut fortasse etiā sanctorum angeloꝝ? Non enī & dei. Si ergo sancti

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ín dei pace uícturi ſũt: ꝑfecto ín ea pace uícturi ſunt: quę ſupat omnẽ íntellectuꝫ. Quoníam ꝙ noſtrum ꝙdem ſupat nõ eſt dubíum. Si aũt ſupat & angeloꝫ: ut nec ipſos excepiſſe uideatur ꝙ ait omnem íntellectum: ſcđm hoc dictum eẽ debemus accipe: ꝙa pacẽ dei qua ipe deus pacat9ẽ; ſicut deus nouit non eã nos ſic poſſumus noſſe: nec ulli angeli. Supat itaq; omnem íntellectũ: nõ dubíum ꝙ prẹter ſuũ. Sed quía & nos pro modo noſtro pacis eíus participes facti: ſummam ín nobis atq; ínter nos & cum ipo pacem: q̃ntum nr̃m ſũmum eſt obtínebímus. Iſto modo pro ſuo modo ſcíunt eã ſancti angeli: homíes aũt nũc longe ínfra q̃ntumlíbet prouectu mentis excellant. Conſiderandum ẽ enim quantus uir dicebat. Ex parte ſcímus & ex parte ꝓphamus: donec ueníat quod pfectum eſt. Et uídemus nũc per ſpẹculũ ín enígmate: tũc aũt facie ad faciem. Sic iam uídent ſancti angeli: ꝙ etiam noſtri angeli dicti ſunt: quía eruti de poteſtate tenebrarum: et accepto ſpíritus pignore tranſlati ad regnũ chriſti: ad eos anglos iam cẹpimus ptínere: cũ ꝙbus nobis erit ſancta atq; dulciſſia de qua iã tot libros ſcẹpſímus dei cíuitas ipa cõmunis. Sic ſũt ergo angeli noſtri ꝙ ſunt angeli dei: quẽadmodũ chriſtus dei chriſtus eſt noſter. Dei ſunt ꝙa deum non reliquerũt: noſtri ſunt: ꝙa ſuos cíues nos habere cẹperunt. Dixit autem domínus Iheſus. uídete ne cõtempnatis unum de puſillis iſtis. dico enim uobis: ꝙa angeli eoꝝ ín cẹlis ſemper uidẽt faciem pr̃is mei: ꝙ ín cẹlis eſt. Sicut ergo illi uídent: ita & nos uíſuri ſumus: ſed nondum ita uidemus. propter qđ ait apoſtolus qđ pauloante dixi. Videmus nũc per ſpẹculum ĩ enígmate: tũc autem facie ad faciem. Prẹmíũ itaq; fidei nobis uíſio iſta ſeruatur. De qua & Iohannes apoſtolus loquens: cum apparuerit ínqt ſimíles ei erímus: qm̃ uídebim9eũ ſicuti ẽ. Facies autem dei manifeſtatio eíus íntelligenda eſt: nõ aliquod tale membrorum quale nos habemus ín corpore: atq; iſto nomíe nuncupamus. Quapropter cum a me quẹritur: qđ acturi ſunt ſancti ín illo corpore ſpũali: nõ dico quod iam uídeo: ſed dico quod credo: ſcđm illud quod ín pſalmo lego. Credidi ꝓpter quod locut9 ſum. Dico itaq; uíſuri ſunt deum ín ipſo corpe. ſed utrũ per ipm̃ ſicut per corpus nũc uídemus: ſolem: lunã: ſtellas: mare: ac terrã & quę ſunt ĩ ea: non pua quẹſtio eſt. Durum eſt enim dicere: ꝙ ſancti talia corpora tũc habebũt: ut nõ poſſínt oclos claudere atq; apire cum uelint. Duríus autẽ ꝙ ibi deum quiſq; oculos clauſerit non uídebit. Si enim ꝓphꝫ Heliſeus puerũ ſuum Giezi abſens corpore: uidit accipientẽ munera quę dedit ei Naaman ſyr9: quẽ ꝓphꝫ mẽoratus a leprę deformitate mundauerat: quod ſeruus nequã dño ſuo non uídente latenter ſe feciſſe putauerat: quãto magis ín illo corpe ſpũali uídebũt ſancti omía: non ſolũ ſi oculos claudant: uerum eã unde ſunt corpore abſentes. Tunc enim erit pfectum illud de quo loq̃s apoſtolus: ex parte ínqt ſcímus et ex parte propꝫamus. cum autẽ uenerit qđ pfectũ eſt: euacuabit̃ quod ex parte ẽ. Deínde ut quomõ poſſet aliqua ſímilitudíe oſtẽderet: quantũ ab illa quę futura ẽ diſtet hẹc uita: non qualíũcunq; boíum: uerum eã ꝙ prẹcipua hic ſanctitate ſũt prẹditi: cum eẽm ínqt paruulus: quaſi paruulus ſapiebã: quaſi paruulus loquẹbar: quaſi paruulus cogitabam. Cum autem factus ſum uir: euacuaui ea quę paruuli erant. Videmus nunc p ſpẹculum ín enígmate: tũc aũt facie ad faciem. Nunc ſcio ex parte: tunc aũt cognoſcam ſicut & ego cognit9 ſum. Si ergo ín hac uita: ubi boím mirabilíum ꝓphetia ita companda eſt illi uitę q̃ſi puuli ad iuuenẽ: uidit tamen Heliſeus ſeruum ſuũ accipientem munera ubi ipſe

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non erat: ita ne cum uenerit quod pfectus est: nec tā corp⁹ corruptibile aggrauabit aīam: sed incorruptibile nihil impediet: illi sancti ad ea quę uidenda sunt: oculis corpeis qbus Heliseus absens ad seruum suū uidendum nō indiguit indigebunt? Nam scdm interpretes. lxx. ista sunt ad Giezi uerba propbetę. Nonne cor meum erat recū: quādo cōuersus est uir de curru in obuiam tibi: et accepisti pecunia: ꝛc? Sicut autem ex hebreo interpretatus est presbiter Hieronimus. Nōne cor meum ingt in presenti erat: quādo reuersus est homo de curru suo ī occursū tui? Corde g̃ suo se dixit hoc uidisse ꝓpheta: adiuto qdem mirabiliter nullo dubitāte diuinit⁹. Sed quāto amplius tūc oēs munere isto abūdabunt: cū deus erit oīa in oībus: habebunt tamen etiam illi oculi corporei officiū suum: et in loco suo erūt: utenturq; ille spūs per spūale corpus. Neq; enim & ille ꝓpheta qa nō eis indiguit ut uideret absentem: non eis usus ē ad uidēda presentia: quę tamen spū uidere posset etiam si illos clauderet: sicut uidit absentia ubi cū eis ipe non erat. Absit ergo ut dicam⁹ illos sanctos ī illa uita deū clausis oculis non uisuros: quē spū semper uidebūt. sed utrum uidebunt & per oculos corporis cum eos apertos habebunt: inde quęstio est: Si enim tantū potuerunt in corpore spūali eo mō utiq; etiā ipsi oculi spūales: q̃ntum possunt isti quales nūc habemus: proculdubio p eos deꝰuideri nō poterit. longe itaq; alterius erūt potentię: si p eos uidebitur incorporea illa natura: quę nō cōtinetur loco: sz ubiq; tota est. Non enim qa dicimus deū & in cęlo esse et in terra: ipe qppe ait per ꝓphetam: cęlū & terram ego impleo: aliam ptem dicturi sumus eū in celo habere: et aliam in terra: sed tot⁹ in cęlo est totus ī terra: nō alternis tēporib⁹ sed utrunq; simul: qd nulla corpalis natura pōt. Vis itaq; prępollēnor oculoꝝ erit illoꝝ: non ut acutius uideant q̃ qdaz perhibentur uidere serpentes uel aquilę: quātalibet enim acrimonia cernendi eadē quoq; aīmalia nihil aliud possunt uidere q̃ corpora: sz ut uideant & incorporalia. Et fortasse ista ūtus magna cernēdi data fuerit ad horam etiā in isto mortali corpe oculis sancti uiri Iob: qn̄ ait ad deum. In obauditu auris obaudiebam te ꝑus: nūc autem oculus meus uidet te: propterea despexi memetipm & distabui: et existimaui me terrā & cinerem. Quānis nihil hic prohibeat oculum cordis itelligi: de quibus oculis ait apostolis. Illuminatos oculos habere cordis uestri. Ipsis autem uideri deum cum uidebitur: christianus ambigit nemo: qui fideliter accipit quod ait ille magister deus. Beati mūdo corde quoniā ipsi deum uidebunt. Sed utrum etiā corporalib⁹ ibi oculis uideatur: hoc in ista quęstione uersamus. Illud enim qd scriptum est & uidebit omnis caro salutare dei: sine ullius nodo difficultatis sic intelligi potest: ac si dictum fuerit. Et uidebit omnis homo christum dei: q utiq; in corpore uisus est & in corpe uidebit: q̃ndo uiuos & mortuos iudicabit. Quod autem ipe sit salutare dei: multa sunt & alia testimonia scripturaꝝ. Sed euidētius uenerandi illi⁹ senis Symeonis uerba declarant: Qui cū infantē xp̃m accepisz in manus suas: nūc ingt dimittis dñe seruū tuū scdm uerbū tuū in pace: qm̃ uiderūt oculi mei salutare tuum. Illud etiā quod ait supra memoratus Iob: sicut in exemplaribus quę ex hebreo sunt inuenitur: et in carne mea uidebo deū: resurrectionē qdem carnis sine dubio prophauit. Non tamē dixit per carnē meam. Quod qdez si dixisset: posset deus christus intelligi q per carnē in carne uidebitur. Nunc uero potest & sic accipi. In carne mea uidebo deum saluatorē meum. Ac si dixisset. In carne mea ero cum uidebo deum. Et illud

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quod ait apostolus: facie ad faciem: non cogit ut deum per hanc faciem corpalem ubi sunt oculi corporales: nos uisuros eē credamus: quem spiritu sine intermissiōe uidebimus. Nisi eniz esset etiā interioris homīs facies: nō diceret idem apostolus. Nos autē reuelata facie gloriam domini speculantes: in eandem imaginem transformamur: de gloria in gloriam: tanq̄m ad domini spiritu. Nec aliter intelligim⁹ quod in psalmo canitur. Accedite ad eū et illuminamini: et facies uestri non erubescēt. Fide qppe acceditur ad deū: quā cordis esse constat non corporis. Sed qa spiritale corpus nescimus q̄ntos habebit accessus: de re qppe inexperta loqmur: ubi aliqua que aliter ītelligi nequeat diuinarum scripturarum non occurrit: sed succurrit auctas: necesse est ut contingat in nobis quod legitur in libro sapientie. Cogitatioēs mortalium timide et incerte prouidentie nostre. Ratiocinatio quippe illa philosophoꝝ: qua disputāt ita mētis aspectu intelligibilia uideri: et sensu corporis sensibilia id est corporalia: ut nec intelligibilia per corpus: nec corporalia per seip̄am mens ualeat intueri. s3 posset nobis esse certissima. profecto certum eēt per oculos corporis etiā spirituales nllō modo posse uideri deum. Sed istam ratiocinationem & uera ratio & prophetica irridet auctoritas. Quis. n. ita sit auersus a uero: ut dicere audeat deū corporalia ista nescire? Nunqd ergo corpus habet: p cui⁹ oculos ea possit addiscere? Deinde qđ de propheta Heliseo pauloante diximus: nōne satis indicat etiā spiritu non p corpus posse cerni corporalia? Quando eniz seruus ille munera accepit: utiq̄ corporaliter gestum est: quod tamē propha non per corpus sed p spiritū uidit. Sicut ergo constat uideri corpora spiritu: quid si tanta erit potentia spūalis corporis: ut corpore uideatur & spiritus? Spiritus enim est deus. Deinde uitam qdem suam qua nūc uiuit in corpore: et hec terrena mēbra uegetat facitq̄ uiuentia: interiore sensu quisq̄ non per corporeos oculos nouit: aliorū uero uitas cum sint īuisibiles per corpus uidet. Nam unde uiuētia discernimus a non uiuentibus corpora: nisi corpora simul uitasq̄ uideam⁹: quas nisi per corpus uidere non possumus? Vitas autem sine corporibus corporeis oculis non uidemus. Quamobrem fieri potest: ualdeq̄ credibile est: sic nos esse uisuros mundana tunc corpora celi noui & terre noue: ut deum ubiq̄ presentem et uniuersa etiā corporalia gubernātem: per corpora que gestabimus & que conspiciemus: quaquauersum oculos duxerimus clarissima pspicuitate uideamus: non sicut nunc inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciunt̄: p speculum in enigmate & ex parte: ubi plus in nobis ualet fides qua credimus q̄ rerum corpalium species q̄ per oculos cernimus corporales: sed sicut homines inter quos uiuētes mot⁹q̄ uitales exerētes uiuim⁹: mox ut aspicimus non credimus uiuere sed uidemus: cum eorum uitam sine corporibus uidere nequeamus: quam tamē in eis per corpora remota om̄i ambiguitate conspicimus. Ita quacūq̄ spiritualia illa lumina corporum nostrorum circūferemus: incorporeū deum oīa regētem etiā per corpora contuebimur. Aut ergo sic per illos oculos uidebitur deus: ut aliquid habeant in tanta excellentia menti simile: quo & incorporea natura cernat̄: quod ullis exemplis siue scp̄turarū testimoniis diuinarū uel difficile uel impossibile ē ostendere. Aut qđ est intelligendū facilius: ita deus nobis erit notus atq̄ cōspicuus: ut uideatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis: uideat̄ ab altero in altero: uideatur in seip̄o: uideatur in celo nouo & in terra noua: atq̄ in omni

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quę tunc fuerit creatura: uideatur & per corpora ĩ omni corpore: quocũq; fuerint spiritualis corporis oculi atie perueniẽte directi: patebũt etiã cogitatões inuicem nobis. Tunc eniz implebit̃ quod apostolus cũ dixisset nolite ante tempus q̃cq̃m iudicare: mox addidit donec ueniat dominus & illuminet abscõdita tenebrarũ: et manifestet cogitatõnes cordis: et tunc laus erit unicuiq; a deo. Cap. xxx.

Q Vanta erit illa fęlicitas: ubi nullũ erit malum: nullum latebit bonũ: uacabitur dei laudibus: qui erit omnia in om̃ibus? Nam quid aliud agetur: ubi neq; ulla desidia cessabitur: neq; ulla indigentia laborabitur nescio. Admoneor etiam sancto cantico ubi lego uel audio. Beati qui habitant ĩ domo tua domine: in sęcula sęculorum laudabunt te. Om̃ia membra & uiscera ĩcorruptibilis corpis: quę nunc uidemus per usus necessitatis uarios et motus distributa: quoniã tunc nõ erit ip̃a necessitas: sed plena: certa: secura: sempiterna fęlicitas: profitient laudibus dei. Omnes q̃ppe illi de q̃bus iam sum locutus: q̃ nunc latent armonię corporalis numeri: nõ latebunt: intrinsecus & extrinsecus per cũcta corporis dispositi: et cũ cęteris rebus quę ibi magnę atq; mirabiles uidebũtur: rationales mentes in tanti artificis laude rõnabilis pulcritudinis delectatõe succedent. Qui motus illic talium corporum sint futuri: temere definire non audeo: quod excogitare nõ ualeo. tamen et motus & status sicut ip̃a species decens erit: quicũq; erit ubi quod non decebit non erit. Certe ubi uolet spiritus ibi erit protinus corpus: nec uolet aliquid spiritus quod nec spiritum possit decere: nec corpus. Vera ibi gloria erit: ubi laudantis nec errore q̃sq̃m nec adulatione laudabitur. uerus honor: q̃ nulli negabitur digno: nulli deferet̃ indigno. Sed nec ad eum ambiet ullus indignus: ubi nullus permictetur esse nisi dignus. Vera pax ibi est: ubi nihil aduersi nec a seip̃o nec ab alio quisq; patietur. pręmiũ uirtutis erit ip̃e qui uirtutem dedit: eiq; seipsum quo melius & maius nihil possit esse promisit. Quid ẽ eniz aliud quod per prophetam dixit. Ero illorũ deus: et ip̃i mihi erũt plebs: nisi ego ero unde satiẽtur: ego ero quęcũq; ab om̃ibus honeste desiderãtur: et uita & salus: et uictus & copia: et gloria & honor: et pax & om̃ia bona? Sic eniz & illud recte intelligitur quod ait apostolus: ut sit deus omnia in om̃ibus. Ip̃e finis erit desideriorũ nostrorum: qui sine fine uidebitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabitur. hoc munus: hic affectus: hic actus profecto erit om̃ibus: sicut ipsa uita ęterna cõmunis. Cęterum q̃ futuri sint ꝓ meritis pręmiorum etiam gradus honorum atq; gloriarum: quis est idoneus cogitare? Quãto magis dicere? Quod tamẽ futuri sint non est ambigendum. Atq; id etiam beata illa ciuitas magnum in se bonũ uidebit: quod nulli superiori ullus inferior inuidebit: sicut nũc non inuident archãgelis angeli cęteri. tam nolet eẽ unusq̃sq; quod non accepit: quãuis sit pacatissimo concordię uinculo ei q̃ accepit obstrict9: q̃ nec in corpore uult oculus esse qui est digitus: cum membrum utrũq; cõtineat totius carnis pacata compago. Sic itaq; habebit donum alius alio minus: ut hoc quoq; donum habeat nec uelit amplius. Nec ideo liberũ arbitrium nõ habebũt: quia peccata eos delectare nõ poterunt. Magis quippe erit liberum a delectatõe peccandi: usq; ad delectatõnem non peccãdi indeclinabilẽ libertatem. Nam primum liberũ arbitrium quod hõi datum est quando primum creatus est rectus: potuit non peccare: s3 potuit & peccare. hoc autem nouissimum eo potẽtius erit: quo peccare nõ poterit. Verũ hoc quoq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dei munere: non ſuę poſſibilitate naturę. Aliud eſt enim eſſe deū: aliud participem dei. deus natura peccare nō poteſt: particeps uero dei ab illo accipit ut peccare non poſſit. Seruādi autem gradus erant diuini muneris: ut p̄mum dareť liberū arbitriū quo non peccare homo poſſet: nouiſſimum quo peccare non poſſet. atq; illud ad comparandum meritum: hoc ad recipiēdum p̄mium pertineret. Sed qa peccauit iſta natura cum peccare potuit: largiore grana liberatur: ut ad eam p̄ducatur libertatē in qua peccare non poſſit. Sicut enī prima immortalitas fuit quam peccando Adam p̄didit: poſſe non mori: nouiſſima erit non poſſe mori. ita p̄mum liberū arbitriū poſſe non peccare: nouiſſimum non poſſe peccare. Sic enim erit inamiſſibilis uoluntas pietatis & ęqtatis: quomō & felicitatis. Nam utiq; peccādo nec pietatem nec felicitatem tenuimus: uoluntatem uero felicitatis nec perdita felicitate p̄didimus. Certe deus ipe nūqd quia peccare nō poteſt: ideo liberum arbitrium habere negandus eſt? Erit ergo illius ciuitatis & una in oīibus et inſeparabilis in ſingulis uoluntas libera: ab oīi malo liberata: et impleta oīi bono: fruens indefinenter ętternorum iocunditate gaudiorum: oblita culparum: oblita pęnarum: nec tamen ideo ſuę liberatoris oblita: ut liberatori ſuo ſit ingrata. Quātum ergo actinet ad ſciennā rationalem: memor p̄teritoręnā malorum ſuorū: quantum autem ad experientis ſenſum prorſus immemor. Nam & peritiſſimus medicus ſicut arte ſciunť omēs fere morbos corporis nouit: ſicut autem corpore ſentiuntur plurimos neſcit: quos ipe non eſt paſſus. Vt ergo ſcienę malorum duę ſunt: una qua potentiā mentis nō latent: altera qua experientis ſenſibus inherēt: aliter qppe ſciuntur omnia uicia per ſapienę doctrinam: aliter per inſipientis peſſimam uitam: ita et obliuiones malorū duę ſunt: aliter ea nāq; obliuiſciť eruditus & doctus: aliter expertus et paſſus. Ille ſi pernā negligat: iſte ſi miſeria careat. Scām hāc obliuionem quam poſteriore loco poſui: non erunt mēores ſancti p̄teritorum malorum. Carebunt enim omnibus malis: ita ut penitus deleantur de ſenſibus eorum: ea tamē potentia ſcienę quę magna in eis erit: nō ſolum ſua p̄terita: ſz etiā damnatorū eos ſempiterna miſeria nō latebit. Alioquin ſi ſe miſeros fuiſſe neſcituri ſunt: quō ſicut ait pſalmus miſericordias domini in ętternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratię xp̄i cuius ſanguine liberati ſumus: nihil erit pfecto illi iocundius ciuitati. Ibi pfiteť: uacate & uidete quoniā ego ſum deus. Quod erit uere maximum ſabbatum nō habens ueſperam. quod cōmendauit dominus in primis operibus mūdi: ubi legitur. Et requieuit deus i die ſeptima: ab oīibus operibus ſuis quę fecit: et benedixit deus diem ſeptimum et ſanctificauit eum: quia in eo requieuit ab oīibus operibus ſuis: quę ichoauit deus facere. Dies enim ſeptimus etiam noſipi erimus: quando eius fuerimus benedictione & ſanctificatione pleni atq; refecti. Ibi uacantes uidebimus quoniam ipe eſt deus: quod nobiſipſi eſſe uoluimus: quando ab illo cecidimus audiētes a ſeductore: eritis ſicut dii: et recedētes a uero deo: quo faciente dii eſſemus eius participatōe: non deſertione. Quid enim ſine illo fecimus: niſi q; in tra eius defecimus: a quo refecti & grana maiore p̄fecti: uacabimus in ętternum uidentes quia ipe eſt deus: quo pleni erimus quādo ipe erit oīia in omnibus? Nam et ipa opa bona nra: quādo ipius potius intelliguntur q̄ noſtra: tunc nobis ad hoc ſabbatum adipiſcendum imputantur. Quia ſi nobis ea tribuerimus ſeruilia erunt: cum de ſabbato dicatur.



©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Omne opus ſeruile ín eo non faceris. Prropter quod & per Ezechielem ꝓphetam dicitur. Et ſabbata mea dedi eis: ín ſignū ínter me & ínter eos: ut ſcirent qꝫ ego domín⁹ qꝫ ſanctifico eos. Hoc pfecte tunc ſciemus: quādo perfecte uacabim⁹: et perfecte uidebimus quía ipe eſt deus. Ipſe enā numerus ętatum ueluti dierum: ſi ſcdm eos articulos tēporis cōputentur quí ī ſcripturis uidēt expreſſi: iſte ſabbatiſmus euidentius apparebit: quoniā ſeptimus ínuenitur. Vt prima ętas tanq̄ prim⁹ dies ſit ab Adam uſq; ad diluuiū. Secunda índe uſq; ad Abraam: nō ęqualitate tēporum ſed numero generationū. denas quippe habere reperiuntur. Hínc iā ſicut Matheus ęuangeliſta determīat: tres ętates uſq; ad chriſti ſubſequuntur aduentum: quę ſingulę denis & q̄ternis generatōibus explicantur. Ab Abraam uſq; ad Dauid una. Altera índe uſq; ad tranſmigrationem ín babiloniam. Tertia índe uſq; ad xp̄i carnalem natiuitatem. Fiunt itaq; omēs quínq;. Sexta nūc agit̄ nullo generationum numero metienda: propter id qd̄ dictum eſt. Non eſt ueſtrū ſcire tempora quę pater poſuit ī ſua poteſtate. Poſt hanc tanq̄m ín die ſeptimo requieſcet deus: cum eundem diem ſeptimum qd̄ nos erímus ín ſeipſo deo faciet requieſcere. De iſtis porro ętatibus ſingulis: nunc diligenter longum eſt diſputare. Hęc tamen ſeptima erit ſabbatum: cui⁹ finis non erit ueſpera: ſed domínicus dies ueluti octauus ętternus: q chriſti reſurrectōne ſacratus eſt: ętternam non ſolum ſpiritus uerum enā corporis requem prefigurans. Ibi uacabim⁹ et uidebimus: uidebimus & amabimus: amabimus & laudabimus. Ecce qd̄ erit ī fine ſine fine. Nam qs alius ē noſter finis: niſi puenire ad regnum cuius nullus eſt finis?

Video r mihi debitū ingenius huius operis adiuuante domíno reddidiſſe. Quibus parum uel qbus nimíum ē: mihi ignoſcant. Quibus aūt ſatis eſt: non mihi ſed deo mecū grās congratulantes agant. Gloria & honor pri et filio & ſpiritui ſancto: oīnipotenti deo ín excelſis ín ſęcula ſęculoꝝ Amen.

AVRELII. AVGVSTINI. doctoris egregii atq; Epiſcopi ypponenſis de ciuitate dei liber uicesimuſſecundus explicit contra paganos. Sub anno a natiuitate domíni. M. CCCC. LXVII. Pontificat⁹ PAVLI Papę ſecundi anno eius tertio. Tertio regnante Romanoꝝ Impatore FREDERICO. Indictiōe. XV. die uero duodecima menſis Iunii.

GOD

DEO GRATIAS. .AL.

BIBLIOTHEQUE MUNICIPALE BOURGES

Ca.xxxi.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr © Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
© Bibliothèque Municipale de Bourges

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr



©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
© Bibliothèque Municipale de Bourges